

JO. OTTONIS TABORIS, JC.
EPITOME
AUREÆ
BULLÆ
METHODICA.

Apud HENR. CHRISTOPH. CRÖCKERUM,
Bibliopol. & Calcographum.
A. O. R. cl. Ic XCI.

СИМФОНИЯ ГАУССОВА

ДЛЯ ПИАНО

СИМФОНИЯ

ДЛЯ

МАСТЕРСКАЯ

СИМФОНИЯ ГАУССОВА

ДЛЯ ПИАНО

1935 год



L. S.

um ad *Legem* hanc *Imperii* Au-
thorem *Lectiones Juris Publici*,
quod in Academiâ Hasso Gies-
senâ, ad Danielem Ottoneum, do-
cebatur, anno 1663. deducerent; quæque ad
eandem strictim interpretandam, nec
non vindicandam, facerent, Auditoribus
suis calamô excipienda committeret,
Aliquis ex præcipuis illorum *Partis*
Prioris Epitomen, Ejusdem consensu &
Præsidiô, typis edi curavit, ac pro cathe-
drâ cum applausu asseruit. Quando-
quidem verò in Officinis exemplaria
inde nulla supersint amplius, & dehinc

a 2

Par-

Partem quoque posteriorem seu Metensem
Author eādem methodō cum Auditori-
bus suis communicaverit: non debuit sa-
nè desideriis eorum, qui tractationem
integralē expeterent, diutiū illa dene-
gari. Itaque suscipe eam B. Lector, &
hoc etiam inter pignora famæ Tabo-
ricæ reputa. Vale.

Deli-

Delineatio

AUREÆ BULLÆ.

Dividitur Aurea Bulla in...

1. Proœmium, &

2. Constitutiones ipsas, nempe

ſt. Noricam, quæ distribui potest in partes tum

ſt. Principales, quæ respiciunt personas &

ſt. Imperantes; potestatis vel

ſt. Ordinariæ: de quorum agitur &

ſt. Constitutione: cūjus proponuntur tum

1. Antecedentia. — tit. 1.

2. Concomitantia. — tit. 2.

2. Constitutarum productione; ubi de of-

ficiis & sessione Electorum, quā

1. Ecclesiastitorum: — tit. 3.

2. Omnim Cœterorum. — tit. 4.

2. Vicariæ. — — — — — tit. 5.

2. Parentes: qui sunt in gradu vel

a b

a 3

1. Emi-

a b

1.	Eminentissimò, de quorum &				
1.	Dignitate, quæ vel				
1.	{ 1. communis. - - - - tit. 6.				
2.	{ 2. peculiaris. - - - - tit. 7.				
2.	Juribus				
1.	{ 1. Speciatim & scorsim. - - tit. 8.				
2.	{ 2. Conjunctim, & itidem vel				
1.	{ 1. distributivè; quæ concernunt aut				
1.	{ 1. fiscum. - - tit. 9. 10.				
2.	{ 2. justitiam. - - tit. 11.				
2.	{ 2. collectivè. - - tit. 12. &				
					13.
2.	Inferiori, quorum alii sunt				
1.	{ 1. Vasalli. - - - - tit. 14.				
2.	{ 2. Cives. - - - - tit. 15. 16.				
					& 17.
2.	Declaratorias : quæ spectant vel ad				
1.	{ 1. Electionem. - - - - tit. 18. 19.				
2.	{ 2. Electores, Eorumque tum				
1.	{ 1. Principatus. - - - - tit. 20.				
2.	{ 2. Personas, ratione				

i. Pro-

- a
- 1. Processionis in publicum: tum quoad Electores
 - { 1. Ecclesiasticos. -- -- -- tit. 21.
 - { 2. Seculares. - - - tit. 22.
 - 2. Benedictionis. -- -- -- tit. 23.
- b
- 1. Metensim: quæ agit tum de
 - 1. Electoribus ipsis: Eorumque &
 - 1. Omnimodâ securitate, tum
 - { 1. Personali: personis earum pro L. Jul.
Majestatis circumpositione & accommo-
datione inviolabilibus constitutis. -- tit. 24.
 - { 2. reali Electoratum: qui indivisi con-
servandi & soli primogenito deferen-
di. -- -- -- tit. 25.
 - 2. Functione externâ, seu officiô, quod
summo Monarchæ præstant, vel
 - { 1. per se & in persona; nempe aut
 - 1. procedenti ad solennes actus. - tit. 26.
 - { 2. Consistenti in solenni curia; ubi

I. Præ-

- | | | |
|---|---|----------------------|
| a | b | |
| 1. Præcedit Electorum officium
- ante mensam. - - -
2. Sequitur sessio in mensa.
- - - | | tit. 27.
tit. 28. |
| 2. Per Officiales, de quorum
juribus agitur. - - - - - | | tit. 29. |
| 2. Electorum filiis providè educan-
dis & studiendis. - - - - - | | tit. 30. |





Thes. I.

Aurea Bulla (non tantum *ovendoxixw*;
sed & *içóχw*, sic dicta v. *infr. tb. 4.*
echt.) describi potest, quod sit San-
ctio-Pragmatica Caroli IV. Impera-
toris ; communi Electorum ac aliorum Princi-
pum & Statuum consensu approbata, Imperan-
tium constitutionem simulque constitutorum
potestatem dignitatemque; nec non parentium
seu subditorum, superioris atque inferioris ordi-
nis, statum, incolumentem atque securitatem,
totiusque adeò Reipubl. tranquillitatem concer-
nens.

Expositio.

Ad descriptionem externam referri potest narratio Car-
dinalis Pilei, quam post Freherum repräsentat Joh. Kirchmann.
de annulis c. 8. p. 55. quæ sic habet : *Aurea bulla est liber scriptus*
in pergameno, 24. foliis constans, cuius coopertura est grossa, con-
tinens diversanegotia sacrum Imperium & Electores ejusdem tangen-
tia: qui quidem liber transfixus est cum filio ferici, glaci & rubet
coloru, involutu; cum bulla seu sigillo anreto rotundo Imperiali ap-
pendente, in cuius uno latere appetat figura Imperialis in maiestate,
sedens, cum corona Imperiali in capite; habens in manu dextra sce-
perum

A

perum & in sinistra pomum, cum cruce desuper; modo Imperiali; Et
 à latere dextro clypeum cum Aquila, & sinistro clypeum cum forma
 Leonis. In circumferentia vero leguntur haec verba: Carolus IV, di-
 vina favente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus &
 Bohemia Rex. Ab alio vero latere, castrum magnum cum duabus
 curribus, habens portam inferius in medio, cum litteris: AUREA
 ROMA. In circumferentia vero leguntur haec verba: ROMA.
 CAPUT MUNDI, REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI.
 Hæc ille. Ceterum nos internam descriptionem ipsius rei co-
 gitantes, diximus (1.) Auream bullam, sensu supra indicato ac-
 ceptam, esse sanctionem pragmaticam. arg. pr. A. B. ibi: infra
 scriptas leges, statuimus ac duximus sancendas, i. u. C. de diversis
 rescriptis. Brisson, in verbo, pragmatica Sanctio, ex veteri glossario
 refert: Pragmaticam sanctionem eam esse, quam Imperator
 constituit, habito prius tractatu cum Principibus. l. 8. C. d. LL.
 Dillingensis in compo. paci. cap. 5. qu. 25. n. 13. vers. adyertendum.
 (2.) Subjecimus causam efficientem Carolum IV. per d. verba
 prin. Infra scriptas leges assidentibus nobis Principibus Electoribus Ec-
 clesiasticis & secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum,
 Procerum, Nobilium multitudine numerosa, de Imperiali potestate
 plenitudine edidimus, statuimus & duximus sancendas. conf. tit. 29.
 in script. ibi. in Gegenwärtigkeit des Ehrtwürdigen. Si quis enim
 animum adverat prioribus temporibus, Imperatorum Rom.
 Germanicorum Rescripta nec Consiliarios nec testes jactabant,
 2. F. 27. & seqq. Conf. par. 1. Constit. Goldast. p. 23. ad f. & à tempori-
 bus Ottonis. M. par. 2. p. 42. & seqq. Subsequentia hortatum
 & consilia aliquando nominant. 2. F. 55. vers. hortatu itaque &
 consilio (est constitut. Lotharii III: publicata 7. Novembr. 1136.)
 Autb. habita C. ne fil. pro patre. Porro & consensus approbato-
 ri facta mentio, ut in constitut. l. 5. Feud. 111. 10. de incendiariis,
 quæ à Friderico I. in f. d. constit. dicitur suisse promulgata
 in praesentia Principum, consilio & consensu eorum anno
 1187. Quæ tamen vox etiam sequentibus temporibus sape
 omisca; & tantum consili facta fuit, ut in constitut.
 Friderici III. an. 442. Francofurti pag. 15. mit Henricus und Roth-
 Unser und des H. Reichs Churfürsten &c. quæ lo. mula etiam

I. & C. d. legib. congruit. Denique per capitulationes indu-
stum, ut Electorum atque ordinum consensus decisivus & au-
thoritas accederet. Ita accipe Carpz. de L. Reg. c. 3. sect. 1. n. 10.
conf. Dan. Otto de I. P. c. 7. p. m. 130. ubi formulam, haben *Wir
uns mit des Heil. Reichs Stände verglichen* demum ab *an. 1512.*
accersit. (3.) Reliqua definitionis membra ex ipsa analysi pate-
bunt; utique finem securitatis & tranquillitatis publicæ, non
tantum proloquium A. B. sed & plurimi articuli spirant. *conf.*
conf. in Feudis supra adducit cum similibus.

Thes. II.

Ita qualitercunque descripta Chrysobulla,
tanquam totum integrale, dividi potest in proce-
mūm & Sanctionem ipsam, cuius pars prior
Noribergæ: altera Metis in comitiis promulgata
est: Unde Sanctio quoque ipsa in Noribericam
& Metensem distribui potest.

Eduard.

Prior, uti dictum, promulgata est Noribergæ, sub initium
 anni 1356. proam. b. vers. 90. haben wit. & continet capita priora 23. Posterior à civitate Metensi appellationem deducit, in-
 qua circa finem dicti anni promulgata est, & comprehendit
 posteriora capita. vid. rubr. tit. 24. add. Buxtorff. ad A. B. tb. 4.
 Arum. 6. disc. tb. 31. Carpzov. D. I. F. Coroll. 2. n. 12. seqq. Linn. hic
 obs. 2. cap. 24.

Thes. III.

In Noribergica considerandum venit & Pro-
 cēdūm harum constitutionum generale; &
 sanctio ipsa. Metensis enim nullo peculiari pro-
 cēdūo exornata est, sed tantum titulo.

Eduard.

Imitari autem voluit Cārolus IV. in hac digestione, ordi-

nem Elementorum juris Justiniani. v. proam. Inst. tum quod frontispicio statim indicet harum constitutionum causam & impulsivam & finalem. Regner. Sixtin. 3. consil. Marp. 15. n. 12. & 15. (quem morem etiam alii Imperatores postea Imitati sunt. 2. F. 72. 52. 55. cum similibus : Et noster in aliis quoque rescriptis usurpavit. v. conf. de libert. Ecclesiast. ap. Goldast. par. 3. Conf. p. 43. in an. 1377.) Tum quod ejusmodi præfationes libertini ad propositorum materiarum lectionem nos perducant, & cum eo venerimus, evidenter eum intellectum præstent. l. 1. ff. d. orig. jur. add. l. 8. pr. ff. mand. l. 3. §. 2. n. de minor. 25. ann. Wessobn. parat. d. orig. jur. n. 1.

Thes. IV.

In Proœmio attendendum tum ad præmissa,
tum ad propositionem ipsam. Præmittitur in-
scriptio & invocatio Divini Numinis.

*Proamium.**Expositio.*

Inscriptio proponit titulum constitutionis, Synecdochice à dependente sigillo aureo petitum. Colleg. Giffens. 1. th. 10. a. v. cap. Ferd. III. art. 46. Sequioris enim zvi scriptoribus tam græcis quam Latinis, sigilla illa, quæ literis Principum appendebantur, bullæ appellantur. Unde & ipsæ Principales literæ, Pontificumque decreta, bullæ dici coepérunt. R. 1. d. an. 1530. S. 129. Job. Kirchman. tr. de annulis c. 8. p. 53. Forte ideo, quod non modo sigilla illa appensa bullæ formam haberent & eodem modo dependenter à chartis, ut illæ apud Romanos è pectori pueros prætextatorum; Calvin. in lex. iurid. voce bullæ, Anton. Thysius. ad Salust. in Catilin. p. 130. Sed quia etiam dignitatem & auctoritatem demonstrarent; quemadmodum bullæ etatem puerorum alterius consilio regendam significabant, v. Buxtorff. th. 1. lit. f. Heig. 1. quest. 4. n. 11. Dan. Otto de J. P. c. 11. p. 441. Limn. A. B. Obs. 2. n. 7. segg. Ab invocatione autem Divini Numinis recte auspicatur, ut indicet omne rei principiom decens & Deo amabile fieri debere. Nov. 6. pr. can. non obseruit 16. can. 26. qm. 7. Simulque innuat se causam Imperii sui Principalem so-

li Deo accepto ferre, non solum eo modo, quo omnis potestas
à Deo est, Rom. 13. v. 2. Nov. 73. § 1. 1. 8. C. de Summ. Trinit. Proem. b.
ibi: auff dessen Grund alle Reiche und Gewalt ruhen. Besold, in tr.
posth. c. 5. Sed & ea ratione, qua Deus prærogativam quartæ
monarchia Imperio præsenti indidit. Cluten, in Syllog. rer. quotid.
concl. 3. Becker, de 1. P. c. 2. n. 3.

Thes. V.

Propositio, post nomen titulumque Imperatoris, exhibit tum occasionem & causas hujus constitutionis, tum circumstantias.

Expositio.

Nomen seu causa constitutiva principalis, est, uti dictum, Imper. Carol. IV. Nec enim moveret, quod omnium Principum ac procerum Imperii consensu hæc constitutio lata sit. Proem. b. inf. in voce Berathschlagung, tit. 3. §. also mit Vorbetrachtung, tit. 12. §. 2. Heig. 1. quest. 4. n. 11. Carpz. D. 1. F. coroll. 2. n. 8. Nihilominus enim honor promulgationis Capiti merito tribuitur, utpote quod semper eminenter & cum supra maxima decernendi potestate, vi ipsius Majestatis, in legibus ferendis consideratur, proem. b. infr. in verb. Und Vollkommenheit Räyserl. Gewalts geordnet/ beschlossen/ und aufgerichtet. Magn. Dn. Cancell. Tabor, in Colleg. Jur. publ. ad Dan. Ottom. c. 11. p. 330. Duplici autem jure, verba: Von Gottes Gnaden/ adjecit, uno communi, altero singulari: Jure communi, quatenus Deus causa est communis Regnum, recte in signum fiducia ac modestiz hoc titulo utitur, universaliter ac in dependenti. Magn. Dn. Cancell. Tabor, d. 4. c. 5. p. 87. Jure singulari, quatenus Deus est causa proprii nostri Imperii. Nov. 28. c. 4. in fin. Excell. Dn. D. Huld. Epben, in Colleg. Jur. publ. ad Lampad. Add. expositio preced.

Thes. VI.

Occasio, seu causa impulsiva, est & externa & interna. Externa concernit tum Imperium

A 3

ipsum

ipsum, tum ejusdem Membra. Quoad Imperium, ut illud integrum, firmum ac perfectum conservetur : divisum enim non æquè est firmum, sed facile desolatur. *Luc. II. v. 17. Barbos. Locuplet. lib. 16. c. 21. ax. 4. Gail. 2. O. 153. n. 4. seqq.* Quoad Membra, est studium concordiae, omnem enim aditum præcludere voluit Imperator, ne ratione illarum vel dignitatum vel Juriū, ulla inter Ordines oriatur discordia & diffidentia, quippe quæ maxime damnosa, & in Repl. veneno ac peste perniciösior existit. *Procœm. h. §. auch du Neid/tit. 3. pr. §. 1. & 2. infr. R. I. de anno 1522. pr. ibi :* Dadurch dasselbe Reich/ so in Unordnung/ Zwentracht/ &c. *Conf. l. 13. §. 3. f. de Usufr. Reink. de R. S. E. i. d. 2. c. 10. n. 1. & 2. 4.*

Thes. VII.

Causa impulsiva interna, seu ~~degenzvalen~~, est ipsum Imperatoris officium, vers. Deminach wir uns: Experientia enim & civili prudentia Carolus IV. edoctus, congruere supremæ potestatis officio cum maximè censuit, omnem curam rebus communibus imponendam esse. pr. *Constit. de emend. Cod. add. A. B. tit. 3. 7. & 12. in princip. 2. F. 55. pr.* Cum Imperia non ob privatam Principum, sed ob utilitatem publicam & subditorum sint instituta. *tit. 2. pr. h. §. zu Heyl dem Christl. Volsk / add. Capitulationes in procœm. ibi:*

*ibi : auch gemeinen Nutzens / Vultej. 3. Cons.
Marp. 35. n. 41. Perez. ad Cod. de off. prefect.
Orient. n. 9. ubi exemplo Trajani hoc comprobat.
Causis hisce probè consideratis, ad defectus A.
B. à Dn. Limn. h. c. 7. notatos facile responderi
potest.*

Thef. VIII.

Circumstantiae concernunt, vel personas assistentes, vel alia adjacentia. Personæ assistentes sunt membra Imperii, tam propinquiora sive primaria, tit. 2. §. Und dieweil / ibi: So für die allernächsten Glieder des H. R. Reichs/ &c. quam remotiora sive inferiora. Adjacentia sunt locus & tempus, tam ratione durationis quam conceptionis cosideratum.

Expositio.

Tempus durationis continetur sub voce zu halten / quod in seqq. expresse adjicitur. tit. 1. pr. ibi: ewigl. zu wehzen. T. 7. vers. und gebieten/ & infr. T. 8. §. auch wollen. R. I. d. an. 1544. §. So viel das Recht 42. ibi: doch unabködlich der guldnen Bull. Ut ita appareat Constitutiones halce nec minui, nec mutari, nec abrogari posse, nisi unanimi consensu ac suffragio Imperatoris & Statuum Imperii omnium. arg. I. 35. l. 153. de R. I. I. ult. C. de LL. Conf. A. B. tit. 12. §. 2. Instr. Pac. art. 8. §. gaudeat. Capitul. Leopold. art. 2. 38. & 39. in f. drum. b. disc. 1. concil. 7. Carpzov. ad L. Reg. c. 3. sect. 11. Buxtorff. tb. 8. Limn. tom. 5. addit. ad lib. 1. cap. XI. pag. 170. v. not. ad Dan. Ottom. cap. 10. de jur. publ. p. 178. m. Carol. von Haagen. I. 2. Institut. jurie publ. cap. 1. pag. 172. neque sic tamen abrogatio facile concedenda, cum periculosisima sit, Bodin. q. de Rep. c. 8. nisi evidens utilitas hoc suadeat. Textus elegans in I. 2. ff. de

Con-

(8.)

*Constit. Princip. conf. Instr. pac. art. 4. S. 5. ac Limnaum lib. 2. de jure
publ. c. 3. n. 25.*

Thef. IX.

*T. i. qual. es-
se debeat
conducere
E. E.*

Sequitur constitutio ipsa, quæ continet par-
tes principales & declaratorias. Pars principalis
respicit personas Imperii tum Imperantes, tum
Parentes. Imperant quidam potestate ordinaria
& summa, ut Imperator & Rex Roman. quidam
vicaria. De Imperatoris agitur & constitutione
& constituti productione. Constitutio fit per
Electiōnēm, cuius proponuntur & Antecedentia
& Concomitantia v. Colleg. Giss. I. D. 2. th. 10.

Thef. X.

Elec̄tiōnēm antecedunt (i.) *Salvus condu-
ctus* Electorum à Moguntino convocandorum,
qui & exponit & declaratur. Exponit ratione
temporis, quo iescunque necessitas eligen-
di Regem Rom. postulaverit. vid. th. 13. in i. & ra-
tione personarum, tam conducendarum (Elec-
torum scil. corumque nunciorum) quam con-
duc̄tatum.

Thef. XI.

Conductores sunt vel ipsi Electores, qui, re-
quisiti, Coelectores suos per territoria & loca sua
conducere debent, vel cæteri Imperii Principes
ac Status: quorum officium consideratur vel
principaliter, in ipsa conductione, cum adjuncta
poena.

poena perjurii & privatione bonorum ac jurium vel accessorie ; quod partim consistit in faciendo , in subministracione scil. necessariorum pro solito pretio ; partim in prohibendo , ne ullæ insidiæ vel inimicitiae ac dissensiones parentur moveantur. *Declaratio* itidem respicit & Conductores & Conducendos . Illi considerantur *conjunctionem* ; quatenus omnes literis & juramento efficaciter se obligare tenentur , ut cautio salvi conductus eo firmior sit ; *Arum. h. disc. i. concl. 14. vel speciatim* , quinam in specie singulares conductus , secundum commoditatem & usum locorum adjacentium , præstare debeant . Hi (conducendi) legitime ac tempestive postulaticem conductus insinuent , nec ultra conductorum terras conductum desiderent .

Expositus.

Præpostere hic videtur agi isto E E. de conductu , cum convocatio Electorum , tanquam necessarium antecedens , præmitti debuisset ? Fatemur hoc ordine naturæ fieri potuisse . Placuit tamen Imperatori hic ordo , forte ut in ipso Constitutionis frontispicio appareret , se de securitate ipsorum , quod maximum necessarium fore præfatus erat , imprimis esse sollicitum , eoque animos Electorum magis ad comitia Electoralia citius atque lubentius adeunda incitaret ; quod futurum speravit , si viderint sapienti consilio sibi de viarum securitate , contra Prædones & infidatores quoscunque tot cautelis prospectum esse . vid. *Arum. d. disc. i. concl. ii.* Deinde observandum , Electorali dignitati ac juri Archi-Episcopi Moguntini nihil decidere , quando in eharratione singulorum Electorum conducendorum hic præteritur , nec ipsi singulares deductio-

nis instituenda tractus aut semitæ adsignantur: Cum enim, Electio in Francofurtensi Civitate, (ut statim subjicitur in §. Auch segen und ordnen wir, add. th. 15.) instituenda sit; metus fere non adfuit, quin in ejusmodi brevi destrictu Electori facile injuria inferri possit; Ut ita satis generatim in pr. & §. i. ipſi provisum esse arbitratus fuerit Imperator.

Thes. XII.

II. Instituitur INTIMATIO & CONVOCATIO ab Electore Moguntino expedienda. Cujus & consentanea & dissentanea considerantur. Consentaneorum causa alia est materialis, alia formalis. Materialis est vel subjectiva, tum agens Elector Moguntinus, qui hanc potestatem jure antiquo quæslam sibi habet; tum recipiens, omnes & singuli consortes Principes Electores, Buxtorf. th. 18. lit. a. & d. Freher. ad P. de Andl. lib. 2. c. 2. Vel objectiva, literæ patentes, quæ per nuncios insinuandæ sunt. b. t. §. Auch segen / &c. & seqq. Causam formalem cum Imperatore ad tit. 18. rejicimus.

Expositio.

De jure Moguntini antiquo, dubium quidem movet ali- quod exemplum contrarium Palatini, à Cuspiniano in vita Caroli IV. adductum: vid. Arum. b. th. 23. Voci tamen Imperato- rix, ac legi omnium statuum praesentia, & sine contradictione Palatini (qui jure suo renuntiasse non presumitur. Barbos. l. 9. c. 95. ax. 12.) latet major fides tribuenda, quam privato notatori. arg. l. 4. C. de Emancip. liber. l. 64. §. 9. ff. sol. mair. Accedit, quod Moguntinus sit Archi-Cancellarius per Germaniam. tit. 2. §. Etz. Bischoff. cit. 3. §. der von Mayns. Cujus sane officio haec con-

connexa videntur, per tradita Serez. ad Cod. de off. quest. n. 16.
Carpz. D. i. F. quest. 3. n. 4. seqq. Rumel. part. i. D. 2. tb. 10.

Thes. XIII.

Disconvenientia contingunt vel ex parte Covocantis, vel Convocatorum. *Ex parte convocantis*, si in intimatione remissus aut negligens fuerit Moguntinus: Tum vero coeteri Electores non tenentur ejus expectare vocationem; Sed possunt, imò debent proprio motu convenire; *Dies enim pro homine interpellat. l. 23. ff.* de O. & A. cap. potuit. 4. Ext. de locat. Wesenb. in π. tit. de leg. commiss. Neque socordia aut malitia Decani, coeteris Electoribus obesse, aut fidem eorum, patriæ saluti devotam, impedire debet, ne ipsa Resp. ob unius desidiam detrimenti aliquid capiat; *inquit Arum. disc. 1. cap. 30. A. B.* ubi rem exemplo illustrat.

Eduard.

Cum in §. Wann es auch: unicus saltem casus exprimatur, quando Electio peragenda: inde quidam concludunt, vivo Imperatore ad novi Regis Rom. Electionem procedi non posse, sed legi fundamentali hoc adversari, *Linn. ad Capit. Ferdinand. I. n. 14. seqq.* Textu autem inspecto & collato cum principio b. tit. ejusmodi quid colligi posse, verè afferere non audemus. In principio enim satis universaliter loquitur; quotiescumque & quandocunque necessitas, (*seu ex usu & re imperii erit,*) live (*que particula hic non distingit sed disjungit. Berthae. in repertor. jur. h. voce*) casus Electionis emerserit; ut ita hic §. de casu speciali ac magis frequenti intelligendus sit; quam explicationem & §. præced. & ipsa observantia, tanquam optima legum interpres, *l. 23. & 27. ff. de L. L. juvant. add. Capit. Ferdinand.*

din. III. art. 38. Ferd. IV. art. 36. Leopoldi art. 36. ibi. auch bey Leb-
geiten eines Römischen Käyser. Heig. p. 1. quæst. 6. n. 20. seqq. Arum.
b. tb. 13. Carpz. ad L. R. t. 11. n. 4. & disp. 2. feud. Coroll. 3. n. 19. seqq.
Ceu ita etiam Carolum IV. in filio suo Wenceslao R. R. creato
interpretatum esse, notat ipse Wurmserus, alias Dissentiens,
Exerc. II. 2. quæst. 8. quin & sequeretur ex diverso, quod nec
tunc, quando Imperator vel abdicavit vel resignavit imperium,
ad R. R. electionem transiri queat, cum d. S. Wann es: de sola
morte naturali loquatur, Buxtorff. b. tb. 10. & 12. Reinx. de RSE. t.
d. 3. c. 2. n. 22. seqq.

Thef. XIV.

Convocatorum inconvenientia profluunt
 partim ex personis Ministrantibus seu concomitantibus, partim ex personis Principalibus. Ratione *Comitantium*, ne quilibet Elector vel nuncius ultra præscriptum illorum numerum civitatem incedat, ne numero armatorum cohorte, præfulgentes comitiorum libertatem impedire videantur. *Magnif. Dr. Cancell. Tabor. in Colleg. I. P. ad Dan. Otton. cap. 10. p. 246.* Ratione *Principalium*, oriuntur, vel ex defectu ipsarum personarum, vel eorumdem officiorum. Priori modo si vel ipsi ad Electionem non venerint, vel nuncios vel legaliter miserint. Posteriori modo, si vel recedant Rege Rom. non electo, vel Procuratore ad hoc legitime non constituto: Hisce causibus jure suo istac vice carere debent, *cum paria sint, non venire vel non persistere usque ad fin. cap. certum 43. Caus. 11. quæst. 3. add. tit. 4. vers.*

vers. Und wenn sie alle / oder die da wollen/
Arum. b. th. 33.

Thes. XV.

III. Sequitur *tuitio* Comparentium in urbe electioni destinata ; quæ concernit tum securitatem ipsorum Parentium : (His enim in electione occupatis, corumque hominibus, cives Francofurtenses præsidium & tutelam fidei studio & solerti diligentia, præstare jubentur :) Tum exclusionem Aliorum. *A.B. §. 22.d.tit. i. Arum. dis-*
curs. i. ad A. B. th. 35. p. 73.

Exibens.

Cum hæc civibus Francofurtensisibus vigore juramenti injungantur, quod desuper præstare debent, §. pen. & ult. b. locusque electionis ob singularem illius commoditatem, *Arum. tb. 35.* & ex eo *Carpz. D. 1. F. cor. 4. n. 11. seqq.* publica legis autoritate designetur. §. auch sezen. & seqg. vir. 2. pr. & §. und wann die mutatio ejus Moguntino, vel alteri Electori competere vix ac ne vix quidem potest: *arg. l. 5. C. d. LL.* Quod si tamen communi Electorum consensu, necessitate vel justa causa id suadente, ordinario loco electio non peracta fit, pro nulla haud erit jure censenda: Tum quia necessitas legem nesciat, *l. 1. C. de Oper. libert. cap. discipulos. 26. de Conserat. cap. 5. in f. de feriis.* Tum quod sanctio de loco, formale electionis internum non ingrediatur. *arg. tit. 18. ibi:* an die Stadt da solches angesetzt und bestimmt, *Carpz. d. 1. num. 15. seqq. Buxtorff. tb. 21. b.*

Thes. XVI.

Concomitantur sive conficiunt electionem *tit. 2. de E-*
tum Solemnia tum substantialia. *Solemnia con-*
sistunt in D. Numinis invocatione, & juramenti Regis. *E-*

Electorii præstatione. *Illi*us indicatur dies ac locus, ut sc. post Electorum ingressum die sequenti diluculo, in æde D. Bartholomæi conveniant; Et ejus ratio, ut præsidio Spiritus S. suffulti idoneum Regem R. eligere possint. *Hujus* describitur Electoribus Ecclesiasticis, aliis secularibus, cuius diversitatis rationem potius ex moribus, quam aliunde peteremus, v. *tamen l. 14. §. 1. C. de judic. Nov. 123. cap. 1. Magnif. Dn. Cancell. Tabor. P. E. par. 4. in concl. n. 2.* Depositio ipsa continet causam & materialem & formalem; Materialis est tum subjectiva, persona jurans in conspectu Evangelii, (*instrument aliter sc. v. Buxtorff. th. 29. b.*) tum objectiva, temporale Christiani populi caput, habile tamen, ac qualitatibus & naturalibus & civilibus ornatum. *Buxtorff. th. 30. seqq.* Forma, est ipsa religiosa obtestatio Numinis Divini, jurantis execrationem involvens, in casum non servati jurisjurandi. v. *Wesenb. in π. de jur. jur. n. 6. ibique Dn. Hahn. add. Nov. 8. c. 3. inf.*

Enarrat.

Posteriora verba jurisjur. formulæ; (*auxilium intellige Sanctorum demortuorum*) cum scrupulum conscientiæ Protestantibus Electoribus injicere aut movere possent; Ideo in locum istorum postea substituta est an. 1562, sequens clausula: *me Deus iuvet & S. Evangelium.* Notante Dn. Limn. l. 2. I. P. c. 2. n. 48. Idem fere colligimus ex Reg. I. de an. 155. S. und dano die weil. 106, Ord. Cam. p. 1. T. 57. seqq. add. Capit. Leopold, in f. Qua voce sub-

substituta non tantum ipse Christus ; tanquam verbum substantiale ; sed quoque ipsum verbum Evangelii nobis patefactum , tanquam organum salutis nostræ intelligi potest. Job. 12. v. 48. C. 1. A. tit. de jurejur. lib. 14. n. 3.

Thes. XVII.

Substantialia Electionis concernunt vel Electores, vel Electum. Electores pro religione animi suffragia ferant, in quibus præter personæ qualitatem , v. §. præced. rationem habeant & temporis, ne ante peractam electionem civitatem excant, & majoritatis votorum : Illius adjicitur & declaratio & pena. Electionis enim causæ celeritatem desiderant, Menoch. de arbitr. jud. quæst. cas. 184. n. 5. Ideoque olim, si intra 30. dies electionis negotium non absolvissent , pane & aqua tantum vesci jubebantur. d. tit. 2. A. B. §. 3. alioquin conscientiæ & jurejurando, quo ad A. B. observationem adstringuntur, non satisfactui. (Ita respond. dubio, quod Limn. hic movet. Obs. 8. §. 3. faciunt notata Magnif. Dn. Prædis, in tr. de Offic. indic. part. gener. §. 13. Et 14. add. l omnem adhibentes. 42. §. 9. ibi : Post bac Domini DEI subjacent condemnationi. Et §. ult. C. de Episc. Et Cleric.) Hujus, majoritatis seu pluralitatis votorum adjicitur effectus , ratione & præsentium Electorum (quod electus à majori parte habeatur censeturque vere & legitime electus. l. 19. Ad Municipal. l. 160. §. 1. de R. l. cap. i. Et ult.

E & ult. Ext. de his qua fiunt à maj. par. cap. 42.
E & 48. de Elector. *E*lect. pot.) & supervenientium, quod eorum mora, Electione nondum celebrata, infirmitatem suffragii non inducat. cap. ubi periculum 3. vers. Sane si aliquis : de Elect. in 6. l. 8. ff. si quis caut. in jud. syst. caus. fact.

Thes. XVIII.

Electus consideratur, tum quatenus per majora jam legitime & plene est electus, tum quatenus ejus electio, ob votorum paritatem, dubium patitur. Priori casu, *Electus* omnium *E*ligentium jura & privilegia statim Regali nomine confirmare potest & debet : Per electionem enim consequitur jus & potestatem administrandi. Cap. Transmissam. 15. de Election. P. de Andl. de Imper. Rom. tit. 2. c. 5. Georg. de Capedo. decis. 8. n. 4. Et deinde, coronatus eadem sub Imperiali titulo innovare debet. De posteriori casu & paritate votorum quæritur ? Si quis à tribus dignoscatur nominatus, Ulrum numerum *el*igentium suo voto augere queat ? Quòd affirmatur.

Endem.

Et si enim videbatur, *Electorem* sibi ipsi in electione votum dare, seque nominare non posse. arg. l. un. C. ne quis in sua caus. l. 5. ff. de offic. pref. cap. per nostras. 26. de jur. patron. Decisio tamen *Cæsarea* juri & rationi conveniens est. cap. cum in jure 33. de Elect. Siquidem à tribus nominatus, vota sibi faventia magis subsequi, ac bono Reipubl. consensum iis accommodata.

re, quam semet ipsum ingerere & obtrudere aut nominare videtur. arg. l. 4. ff. quod cujusque univ. nom. sed quid si hodie o-
Etavo Electoratu instituto. Instr. Pac. art. 4. s. quoad domum
Palatinam. s. quatuor uniuin, quatuor alium eligant? Et sane
Pontificis approbationi aut gratificationi gratificari nequimus
vid. Cap. vener. ab. 34. d. 1. Sed arbitramur neminem esse electum
& tamdiu rem in suspenso manere, usque dum de uno conve-
nerint. conf. Arum. dis. 2. th. 17. Tiraquill. de jure Primog. qu. 17.
Op. 6. n. 10.

Thes. XIX.

Consequuntur Electionem constituti *Imperatoris productio in publicum & solennis curia*: Ut ipsius dignitas & potestas omnibus innotescat: In quibus officia sua administrant Electores tum Ecclesiastici tum Seculares. De quibus speciatim in h. t. 3. conjunctim in tit. 4. Titulus tertius, post repetitam invocationem Numinis Divini & Nomen Imperatoris, exhibet & causam impulsivam & sanctionem ipsam. *Causa*, concernit utilitatem & Imperantium, ut concordi Principum Electorum voluntate, honor ac potestas Imperatoris roboretur ac firmior reddatur, cuius sacrum ædificium hæ columnæ fortiter sustentare possunt; tit. 26. §. Wann aber A. B. Sigismundi pr. ibi: Und dem Irlüchten Hhurfürsten desselben H. Reichs Gezierde / durch die angefangen hat / und in dem steht die Höhe unser Ere. Et Parentium, tam eminentiorum, ut ipsi in quieta animorum conditione maneant; v. th. 6.

C

quam

quam inferiorum; qui virtuoso hoc dilectionis & concordiae studio, pacifice & tranquille vivere poterunt. *Arum. disc. 3. th. 1.*

Thef. XX.

Sanctio exhibit (1.) causam finalem, (2.) Subjectum, (3.) modum. Causa finalis hujus sanctionis promulgandæ, est detestatio litium & suspicionum, quæ ex controversiis de præcedentia suboriri solent. *Jac. Gothof. tr. de preced. pro theoria. §. 3. vers. Tertio unionis & pacis publ. contemplatio.* Subjectum sunt hoc loco E. E. Ecclesiastici: Licet enim viros religiosos & Ecclesiasticos deceat in primis humilitas & honoris delatio A. B. tit. 13. ibi: *& ut se invicem honore propter connexa tamen jura temporalia & decoris atque ordinis servandi gratia, Can. ult. dist. 89.* merito inter hos quoque certus ordo sancitur. Modus ergo & forma hæc præscribitur, ut Trevirensis ex opposito Imperatori; Moguntinen sis autem in sua diœcesi & tota Germania: Colonensis in sua ibid. diœcesi, tum in Gallia quoque & Italia dextrum latus occupent.

Expositus.

Objici hic posset, Imperatorem an siam controversiæ potius posuisse, quam removisse, cum Eleætorem postponat Trevirensi Rubr. b. & g. Als mit Verbeirachtung? Enimvero discernendus est locus ordinarius ab extraordinario se incidenti: In præcedenti enim §. Datur. & tis. seqq. §. Wann und wie oft. per-

perspicue primas Moguntino tribuit; quemadmodum & alibi. Verum ut ostendat Electores istos dignitate pares esse, & necessitate ordinis tantum primo vel secundo loco nominari, id eo in nuncupandis illis h. t. & alibi variat. v. tit. 23. A. B. Noti alias sunt versiculi de laudibus trium harum sedium A. E.

Treviris ætate ; (seu annis & antiquitate)

sed terum proprietate

Gaudet Agrippinas : sed honore Moguntia prima.

v. Dresser. Millen. 6. par. 2. In antiquis tamen subscriptionibus hic fere ordo servatus, ut Moguntinus primo, deinde Trevirensis loco medio, ac Coloniensis ultimo se subscripterint. v. Bert. lib. 2. Rer. German. cap. 4. & lib. 3. pag. 616.

Thef. XXI.

Coniunctim agitur de ordine Electorum, in sessione, Electione & ministratiōne. *Aliter, sed* ^{The. IV. De Principibꝫ} *male, connectit Limn. Obs. I.* In Sessione, post Ecclēsiasticos, à latere dextero secundum locum occupabit Rex Bohemiæ ; (cum sit Princeps coronatus & unctus.) Tertium Comes Palatinus Rhēni. In latere autem sinistro Electores Saxoniæ & Brandenburgicus.

Exhortatio.

Hodie, propter adjectum Electoratum octavum, aliter dispositum ex amicibili EE. conventione, v. Limn. b. obs. 9. nempe ut à dextro latere sēdeant Moguntinus, Bavarus, Brandenburgicus : à sinistro latere Colonensis, Saxo, Palatinus, v. Actum Processionis & Propositionis, sō den 10. (20.) Januarii zu Regensburg solemniter vorgangen.

Thef. XXII.

In Electione, consideranda est convocatio, & sententiārum rogatio (seu ut vulgo vocant,

votorum collectio, & *ψηφοφερα.* Convocandi & suffragia rogandi munus, ab antiquo competit Moguntino: Votum seu suffragium primum ferendi debetur Trevirensi. Secundum Ccloniensi; cui & officium coronationis competit: Tertium Bohemiae Regi: Quartum Comiti Palatino Rheni: Quintum Duci Saxoniae: Sextum Marchioni Brandenburgensi. Denique dicti Principes (per Electorem Saxoniae, v. *Buxtorf. b. th. 50. lit. D. Limn. b. obs. 10.*) sententiam Moguntini requirunt. Ministerium porro hoc loco tantum exponitur Electorum seculiarium, (*de Ecclesiasticis vero Inf. c. 24.*) Nim. ut Brandenburgicus, tanquam Archicamerarius, aquam lavandis manibus porrigit: Rex Bohemiae, deposito si voluerit diademete, primum potum: Saxo Mareschalli officio fungatur. 6. tit. 27. ubi. & de officio Palatini. §. 4.

Entheor.

Monendum hic primo, quod in §. zum ersten/ primum votum Trevirensi tribuitur: Id frusta à nonnullis impugnari, quasi historicæ veritati minus congruat, v. *Limn. obs. 12.* Nostrum enim non est, fidem legi publicæ derogare, quamvis Moguntinus (cum non modo honoratori loco sedeat, pr. b. t. sed & Collegii Electoralis Decanus & Director sit, *Capit. Leopold. art. 42.* s. und noch sonstigen) hanc votū præminentiam ex civilitate aliquando forte occupaverit. arg. l. 6. §. ult. ff. *de Decurion.* De Schleidani ista traditione quid sentiendum sit, expositam est à Magnif. & Nobiliss. Dn. Preside, ad I. P. Dan. Ottom. p. 128. & 131. Quicquid de facto narretur: jus certe primi suffragii El. Trevirens-

virensi (1) etiam ante A. B. competiit, (2) per A. B. confirmatum fuit, (3) salvum mansisse probat conclusum seu compositionis Electorum, dero Session und præcedentz betreffend/ vers. doch soll es alles zum fünften; an. 1653. inita, & repetita in nuperis comitiis de anno 1658. quæ habetur ap. Pastor in Floro-Germ. §. doch so viel. pag. 308. Deinde not. jus coronandi Regem R. aperte quidem tribui Coloniensi Electori: Moguntinum tamen id variis ex-causis, v. Buxtorff. lib. 47. seqq. quandoque usurpare. Unde graves controversiaz anno hujus seculi 53. subortæ, & multis disputationibus ventilataz. Limn. tom. 5. addit. ad cap. 6. lib. 3. p. 154. Quæ tamen per transactionem an. 1675. d. 25. Iunii sopita sunt. v. Limn. ad h. tit. Obs. 4. p. 256. Transactione deinde etiam in Capitulo Leopold. art. 37. confirmata.

Theſ. XXIII.

*Vicaria Imperantium potestas sc̄ exercit, vel
vacante vel durante etiamnum Imperio. Vacat
Imperium, vel per excessum & omnimodum Ca-
pitis Imperii defectum; vel absentiam Impera-
toris. Utroque casu, ob eximiam prærogativam
ac dignitatem Palatii, v. Freher. ad P. de Andl.
lib. 2. c. 10. Provisores Imperii existunt Comes
Palatinus & Elector Saxonie. Illius provisio de-
ſcribitur, tum ratione ipsius iurium variorum;
quæ hic & exprimuntur, v. Buxtorff. th. 59. seqq.
& restringuntur; tum quod investituram feudo-
rum Regalium, quorum collatio Imperatori reſer-
vata. v. Gothofr. Anton. D. i. feud. th. 6. Dn.
Schulz. de vicar. th. 13. Rosenthal. de feud. c. 2.
concl. i. n. 4. lit. d. & e. in gloss. tum quo ad alie-
nationem seu obligationem rerum Imperialium,*

T. V. De ju-
re Comitis
Palatin.
Rben. &
Duci Sax.

quæ nec ipsi Imperatori concessa videtur. *Capit.*
Ferdin. III. art. 32. Leopold. art. 30. Rosenth. c. 5.
concl. 12. n. 2. add. l. 1. §. 1. ff. de procur. *Cæsar. l. 37.*
ff. de pact. *Hujus (Saxoniæ) provisio*, eodem
modo ratione & objecti, seu locorum, in quibus
tempore A. B. jus Saxon. viguit; *Arum Disc. 3.*
th. 29. & jurium exponitur, quæ regulæ includi
possunt: quod scil. omnia ea possint, quæ Im-
perator, nisi quædam specialiter excepta sint. *Col-*
leg. Giss. l. D. 5. th. 12. & 2. D. 13. th. 2. B. Beck. de
J. P. lib. 2. c. 7. n. 4. & ult.

Expositio.

Distinguunt vel plane negant quidam. v. C. P. Giss. d. D.
5. tb. 11. lit. C. Limn. b. Obs. 1. n. 2. in casu absentia, quando Impe-
rator trans alpes extra German. profectus est, provisores deno-
minatos iura sua exercere posse. Verum cum vox vocationis
generalis sit, ut non modo verum, sed & improprium ac o-
mnem vacationis modum includat, *Bretach. in repert. jur. ibigae*
citatut. Felix. in cap. in nostra. Ext. de rescript. *Conf. in brev. tb. 13.*
sæpeque mors & absentia æquiparentur. Cap. presentata. 50. ibi.
Unus iporum viam universa carnis ingressus, alter per 12. diatas ab-
est. Ext. de testib. merito etiam ad hunc casum jus vicariatus ex-
tendimus; moti vocibus tuis obstat: & quod Imperator ex-
presse se referat ad privilegium Palatino desuper datum. Dn. Schütz.
de Vicar. tb. 9. Garpz. L. R. c. 11. n. 10. Quod de Palatino probat. d.
Garpz. Disp. F. 4. Coroll. 1. n. 27. seq. Wurms. Exercit. I. P. Disp. 3. q. 4.
De Saxoniæ El. Excellentiss. Dn. Videricus Eiben. in Colleg. Giss. 2.
Disp. 13. tb. 2. lit. d. per verba. gleicher weiss. in fine b. t. 5.

Thes. XXIV.

Imperio non vacante, vicariæ potestatis ex-
poni-

ponitur & materia & modus. *Materia*, quod Comes Palatinus sit iudex Imperatoris vel Regis R. in causis civilibus ac pecuniariis, prout exaudit *Carpz.* ad *Capitulat.* cap. ult. n. ult. *Wurms.* *Exercit.* I. P. *Disp.* 4. in corall. vel etiam criminalibus: Si credimus specul. Suev. lib. 2. cap. 43. §. 6. Wenn die Kürsten wollen den König belägen/ das sollen sie thun vor dem PfalzGrafen. *Et lib.* 1. c. 30. ibi: Si Imperator accusatur, quod per corruptionem imperium obtinuerit; id coram Palatino Rheni faciendum est: *Goldast.* in *Reichs-Sagung.* pag. 39. *Modus*, in eo consistit, quod judicium in curia ipsius Cæsaris sit peragendum.

Exhort.

Concludit hinc Bodinus 2. de Rep. 6. 8. pro stabilienda Rep. Aristocratica, Imperatorem Majestatem non habere. Ast frivolum esse hanc illationem constat vel ex eo; quod prudentissima ratione hoc judicium sit constitutum, ne quisquam subditorum conqueri possit, justitiam sibi denegari; cum in propria causa iudex idoneus quis non censeatur, l. 10. ff. de jurid. l. un. C. ne quis in sua caus. Magn. Dn. Pr. armament. just. c. 5. tb. 5. p. 386. *Carpz.* par. q. crim. 104. n. 64. Atque restrictum ad Aulam ipsius Cæsaris, ne quid Majestati Cæsaræ decedat, si vel per alium in foro alieno comparere cogatur: quin & posito, nunquam tamen concesso, Majestati co aliiquid decedere, nihil tamen pro Bodino concluderetur, sed sequeretur, quod solus Palatinus Rhen. Majestatem habeat, non vero status ceteri. add. *Buxtorff.* tb. 80. *Dan. Otto de I.* P. c. 7. p. 141. *Linn.* ad §. 3. b. *Obs. g.* Ceterum licet rariora hujus cognitionis exempla extent, quzdam tamen adducuntur ab *Aub. de V. Q.* in perspicua differt. de fin.

singular. ac propriis juribus Comitis Palat. ad Rhen. super alios Principes Europa. pag. 13. vol. 5. Collect. polit.

Theſ. XXV.

T. VI. De
comparati-
one Princip.
El. ad alios
Princ. com-
munes.

Et hæc quidem de Imperatoris & Regis Rom. Constitutione eorumque Vicar. Sequentes Auctæ Bullæ partes sive articuli, potissimum ad subditos seu parentes pertinent. Parentes isti sunt constituti, vel in gradu eminentissimo & sublimi, vel inferiori. In gradu eminentissimo constituti sunt Electores v. tit. 3. 12. E^g 26. §. pen. A. B. De quorum agitur & dignitate & juribus ; de dignitate inquam & communi omnibus Electoribus , & peculiari secularibus. Communis dignitas omnibus El. Ecclesiasticis & Secularibus , ostenditur tum generatim, tum speciatim. Generatim, quoad omnes Electores in ipsorum prærogativa , prælatione & præcedentia ; ratione & objecti, in curiis præcipue Imperialibus : & subjecti, præ omnibus Principibus aliis cujuscunque conditionis. conf. Capitulat. Ferd. III. art. 4. Leopold. art. 5. Speciatim, seu mominatim quoad Regem Bohemiæ, qui omnes Reges quacunque dignitate fulgeant immutabiliter antecedit, conf. tit. 4. §. 1. A. B. E^g t. 24. §. fin.

Exhibit.

Ut ambitus & aliae fortes à negotio Electionis tanto facilius excluderentur, jam ab antiquo tempore introductum fuit, ut quatuor Electoribus Secularibus, qui non solum suffragia ferre

ferre; sed etiam Magistratum ipsum inire possent, tres alii ad-
jungerentur, qui quod Ecclesiastici essent ordinis, ad coronam
ipsi adspicere non possent. *Osterman. in Antichris. Exam.*
Aster. pag. 26. aster. 3. n. 2. Dignitatem tamen habent parem,
& ratione munieris Ecclesiastici, Seculares etiam præcederent.
Enimvero ne de dignitate ista, quis tautologice & otiose de-
nuo hic agi, cavillari possit cum *Lynn. b. p. 301. Obs. 5.* Distin-
guendum est inter controversiam de præcedentia ac prero-
gativa Electorum, quatenus iis inter se se considerantur ac col-
locandi sunt, de qua in tit. 3. & quatenus cum aliis concur-
runt de qua in b. t. 6. Cum enim causa honoris ardua maxi-
meque consideratione dignasit, *Bursil. Consil. 191. num. 13.* ita
ut Magnatibus quasi ingenitum, circa illius assertionem omnem
lapidem movere, *Perez ad Cod. ut dignit. ord. serv. n. 14.* poste-
riorem etiam controversiam Imperator exprimere voluit, rixis
exinde orturis obviando.

Thes. XXVI.

Peculiaris Electoribus Secularibus sublimi- *T. VII. De*
tas & dignitas in eo vertitur, quod eam veluti *Successione*
*realem & Electoratu *ipsi inhærentem, in filium** *Principum*
suum primogenitum jure sanguinis & primoge- *Elector.*
nituræ transfundant. *Vid. Exemplum in Consil.*
Caroli IV. de jure & successione Palatinorum.
an. 1356. Norimbergæ dat a. v. Goldast. in Consil.
Imperial. p. 351. Simm. Schard. de Orig. & Insti.
Elect. c. 5. Cujus juris exponitur & causa im-
pulsiva & sanctio ipsa. *Causa* vel est generalis
seu remotior, ut salubris unio inter S. Imperii
Principes jugiter vigeat, eorumque concordia
conseruetur, vel specialis seu proximior; inter

D Secu-

Secularium Electorum filios omnis dislensionum materia, quæ ratione successionis suscitari possit, evitetur. *Conf. tit. 25. A. B. pr. Limn. b. Obs. 3. Engelbrecht. de Success. in Elect. ex primog. th. 2. seqq.*

Thes. XXVII.

Sanctio ipsa ostendit modum succedendi, qui alius est in familia durante, alias in extinta, durante familia, successio fit vel à majorenibus, vel à minorenibus. vid. versionem latinam, ibi. defectum atatis. A. majorenibus, iterum vel in linea recta descendenti; ascendentium enim hic nulla habetur ratio. v. 2. F. 50. magnif. &c. Excellentiss. Dn. Praes in annali jur. feud. ad t. F. 14. Arum. disc. 4. concl. 3.) in qua jus, vox & potestas Electionis, ad filium primogenitum legitimum ac laicum; v. tit. 25. A. B. Colleg. Publ. Giss. 1. D. 7. th. 10. lit. D. & th. 15. lit. C. & D. Dn. Limn. b. Obs. 9. seqq. Eo vero deficiente, ad ejusdem primogenitum libere devolvitur: Freher. ad tit. 7. A. B. in voce libere. Vel in linea collaterali: Quando enim Electores, descendentes masculos laicos, non reliquerunt, jus Electorale ad seniorem fratrem, ejusve primogenitum deinceps detinatur. v. d. tit. 25. Engelbr. d. l. th. 39. seqq. Lamp. de Rep. R. G. p. 3. c. 4. num. 10.

Th.

Thef. XXIIX.

In Successione Minorennum tutela conferatur, seu datur fratri seniori; Exclusa tacite tutela testamentaria. v. Limn. ad §. 2. b. Obs. 21. (Quicquid in contrarium attulerit. D. Gothofr. lib. 6. de tutel. Electoral. quos magnopere commendat M. Freher in tr. de tutela curaque testam. c. 17. p. 446. in f.) Quae ab ipsis Electoribus reprobata, uti ex Zeschilino docet Limn. l. i. J. P. c. n. n. 104. & seqq. Solvitur autem seu finitur, Decimo octavo anno completo. v. prin. Inst. de Curator. l. 20. ff. de muner. & honor. vers. sed in his. Arum. disc. 4. concl. 11. & 12. Limn. add. §. 2. Obs. 29. Neque hic dispensationi Imperatoriæ, sive venie ætatis concessioni locum esse putamus, uti quidem Limnaeus statuit Obs. 34. Huic enim & verba & modus sanctionis repugnant. De Casu familia plane deficientis, proponitur & regula & exceptio. Regula, quod hoc casu Imperator de Electorali dignitate providere possit. Buxtorf. th. 87. lit. 1. Rosenth. de feud. c. 10. concl. 38. n. 31. Lamp. d. c. 4. n. 22. seq. Exceptio in Rege Bohemiæ, juxta continentiam ipsius privilegii.

Exhort.

Diversa membra hic provide discernenda sunt, quorum prius respicit questionem de novo plane Electorali consti-
tuendo, de quo v. Pacifica, Osnabrug. art. 4. §. quoad domum Pa-

cific. Osnabrug. art. 4. §. quod domum Palat. jung. iudic. tb. 8.
 Posterior de Electoratu constituto, in aliam familiam personamve transferendo: Quia translatio sit vel ob defectum personarum, vel ob defectum familiz: quando persona Elect. deficit, tum successio ordinatur ex jure primogenitur, tam in Regno B. quam in ceteris Electoribus; v: Dn. Schulz. de vicar. tb. 24. Quando autem agitur de defectu familiz, tum aliud obtinet in Imperio, aliud in Regno B. In Imperio prospicit Electoratu Imperator, hac observata distinctione, an Candidatus, in quem dignitas Electoralis transfertur, sit Status & princeps Imperii, annon! Priori casu, solus Imperator potest statem habet concedendi hanc dignitatem, cum nupsiam A. B. hac in parte abrogata inveniatur, ipso satente Limn. in addit. J. P. lib. 3. c. 7. n. 69. §. 3. Posteriori casu, Statuum consensus adhibendus, quia non tantum de Electore; sed & de Statu Imperii constituendo agitur, R. I. de an. 1641. §. und demnach viss. 97. §. de an. 1654. §. seqq. conf. tamen Capitul. Ferdin. III. art. 47. §. Leopold. art. 44. In Regno B. deficiente plane sobole masculina, per electionem Regnicolarum Electoratus ad alium transfertur; De quo casu exaudiendus Goldast. p. 2. Der Reichs-Satzung. allegatus à Limn. b. Obs. 13. add. Colleg. Giss. 1. D. 7. tb. 11. Becker. in synopsi. I. P. c. 7. §. 12. Enimvero continentiam privilegii Regnicolarum Bohem. longe aliter & plenius exponit Imper. Ferdinandus II. In der verneuerten Landes- Ordnunge des Königreichs Boheim. p. 2. ibi: Aus der guldernen Bull. Caroli IV. Sub dato Aprilis d. 7. an. 1348. Und andern fundamental. Gesetzen erscheinet, daß denen Ständen und Inwohnern des Königreichs B. die Wahl eines Königes, ehe und zuvor nicht gebühret/ als wann kein Erbe aus dem Königl. Geschlecht Geburt/ Saamen und Geblüt Mannes oder Weibes/ Personen vorhanden/ noch zugewartet; oder aber mehr gedachtes Königreich etwa durch des legitimen Erben oder Erbinne freymilitige renuntiation und Verzicht/ oder auch dahero vacirend und ledig befunden worden/ daß dieselbe aus Abgang der Vernunft zur Regierung nicht tüchtig. sc.

Thes. XXIX.

Hac de dignitate & prerogativa E. E. tum superstitum, tum corundem successorum. Se- quuntur jura *Regalia*, potestatem E. E. in primis ostendentia. Et initio quidem Regis ac Regni Bohemie, tum vero coeterorum quoque Ele- etorum: De juribus *Regis* & *Regni Bohem.* merito primo loco agitur. Siquidem ille est Princeps coronatus. v. tit. 4. p. 21. & §. zum drit- ten. tit. 6. inf. & jura sibi antiquitus competentia, reservavit; Quæ concernunt, vel subditos vel ipsum Regem. Subditos respicit *privilegium de non evocando ad externa iudicia*, quod exponitur ratione causæ tam externæ quam inter- nœ. *Causa externa*, sive efficiens pri- vilegii triplex hic indicatur: nempe (1) Impp. & Regem Rom. gratiofa concessio. (2) Populi Bo- hemici acceptatio & usurpatio. (3) Immemoria- lis observantia,

Thes. XXX.

Causam *internam* dico tum subjectivam, tum objectivam. Subjectum quod, sunt omnes Regni Boh. incolæ; tum superioris Ordinis, ut Principes & Barones, tum inferioris; quorum sex species referuntur. Nobilis, miles. (scil. in ordi- nibus consistens & affectus: in German. est Nit- ter.) Cliens, (vox hac in Germ. omissa vasallum deno-

denotare videtur,) Burgensis, (in Germ. vertitur Burgman. arbitrari denotari eum, qui in Burgo seu castro habitat. v. Voss. l. 2. de' Vitiis Sermon c. 3 p. 185.) Civis, (qui in oppido, Vosius d. l.) Personæ aliaæ, quo nomine veniunt rustici, (tum liberi, ut Emphiteutæ; tum proprii homines v. verneurte L. O. des Königs. Böhm. q. 56. & 62.) Itemque operarii, tamuli, ministri, d. L. O. q. 61. Objectum, est ipse privilegii tenor, ne ad aliud quocunque tribunal, subditi extra Regnum citentur & evocentur; sive causæ civiles sint, sive criminales. (Exceptiones aliquas suggestit Limn. h Obs. 7. p. 336. quæ tamen dubio non carent.) Alioquin processum diverso modo formatum, penitus irritum fore & nullum. conf. inf. tit. II.

Expositio.

Si quæras, cur in materia Subjectiva Prælati omitti quorum tamen statum, tempore Caroli IV. in usu fuisse, testatur Ferdinandus II. in deo verneurten L. O. lit. A. pag. 247 Resp. Privilegium de non evocando, concernere potissimum Laicos: Cletus enim peculiare suum forum habet, cap. Si diligenti. 12, de foro Competet.

Theſ. XXXI.

Regem concernens privilegium ac prærogativa, est inappellabilitatis seu de non provocando ab ejusdem tribunali, quæ sane sublimitatem Regni & potentiam Regis, tanquam unius & solius

lius arbitri, evidenter ostendit. Consideratur autem hoc privilegium, tum ratione originis, quod vitam sit ex longæva consuetudine, conf. c. duo simul. 9. Ext. de offic. judic. Ord. cap. cum contingat. 13. de foro compet. tum ratione materiae & effectus; Ratione materiae & subjectivæ, quod ad omnes Regni B. subditos pertineat; & objectivæ, ne ab ulla sententia, sive inter locatrix sive definitiva, in quocunque Regni judicio lata, ad quocunque aliud judicium appelletur. Contra hanc declaratio Ferdinandi III. in Novellis iuris Boh. p. 43. Dd. III. ibi: Gleichwie die ultima provocatio ein vornehmes regale, so der höchsten Obrigkeit zuständig/ auch das Königliche Appellation-Gericht / keinen andern superiorem, an welchen die revision, rechtllichem Aussatz und ihrer Eigenschaft nach zu geben pfleget/ nicht erkennt/ als die regierende Könige zu Boheim; Also sollen die revisiones von desselben Urtheln/ ins fünftig nirgends anders wohin/ als an uns/unsere Nachkommen und Könige zu Boheim eingewendet/ und vor unserer Königl. Boheimischen Hoff-Gangley ausgetheilt werden. Ratione effectus, ut ejusmodi appellations nullæ sint, & appellantes ipsi causâ cadant. conf. l. 45. §. 6. ff. de iure fisc. R. I. de an. 1654. §. Und nach dem 120.

Ex hac privilegiorum concessione concludunt Buxtorff. thes. 88. lit. C. Rumel pag. 3. D. 8. thes. 6. Dan. Ottos. 10. J. P. p. 245. Regem Boh. imperii subiectum esse, cum nemo cuiquam privilegia concedere possit, nisi & eidem leges præscribere valeat; hoc autem sit Imperantis. l. 2. ff. de L. L. l. 3. 9. & 10. C. eodem Clapmar. de arcan. Rerump. c. 13. Quia tamen illatio, regulariter saltem ac præsumtive procedit, quando privilegia impetrantur tanquam à superiore. Magnif. & Excellentiss. Dn. Cancell. Tabor ad Dan. Ottom. b. l. add. Reinx de R. S. E. 2. cl. 2. c. 8. n. 25. Interim certum est, Regem B. Imperii civem esse, nec per hæc privilegia ejus jurisdictione exemptum, cum illa resp. Iudiciorum Regni concessa sint: Ipse vero Rex in causis primaz instantiæ, in quibus jurisdictione demandata est, coram Camera Imperiali conveniri potest. Buxtorff. d. L. Limn. b. Obs. 10. An vero inter Status Imperii, proprie & pleno jure sic dictos, recensendus sit, ideo dubitatur, quod in comitiis universalibus jure sessionis & suffragii, adeoque præcipuo Statuum requisito carere videatur. R. I. de an. 1544. §. Und als sich im Anfang 101. de an. 1548. §. Wann auch 56. §. Wieso 66. item de an. 1570. §. nach dem auch 163. Arum. de comit. c. 4. n. 1. 2. § 48. seqq. Carpzov. D. F. 6. Coroll. 2. nisi id ad privilegia Regis retuleris & Statutum quidem dixeris, arg. proqem. A. B. §. deriuach. Item tit. 7. §. 3. sed multis modis privilegiatum; uti demonstravit. Magnif. & Nobiliss. Dn. Pres. Patron. ac Precept. noster etatem venerandus, ad Ottonis iuspubl. c. 10. p. 245. conf. Goldast. de jure Regni Bob. in subiecta consultatione de Electore Bobem.

Thes. XXXII.

T. IX. De auri argenti Galiarum specie rum mineis.

Cæterorum Electorum jura Regalia, in titulis sequentibus & referuntur & confirmantur. Ex quibus quædam Electores concernunt ut singulos, seu distributively sumtos: quædam ut omnes; seu

scu collectivè & collegialiter consideratos. Priora respiciunt vel compendia fisci, vel administracionem justitiae. Compendia fisci concernit, *Regale fodinarum metallicarum & monetandi.* Quod exponitur, tum in se tum in adjunctis seu accessoriis. Inde & Rubrica à principali est petitia atque concepta. v. l. 7. §. 1. ff. de injur. & diff. *Limn. in Observ. ad Rubr. h.*

Thef. XXXIII.

Regale Fodinarum exponitur, tum ratione Personarum, tum ratione rerum sive objecti. Personatum Concedens; ut Imperator Carol. IV. tum Recipient, Rex B. & ceteri Electores omnes tam Ecclesiastici, quam Seculares. Objectum sunt auri argenti, vel alterius cujuscunque generis metalli, etiam salis, fodinæ: v. *Rauchb. par. 1. q. 22. n. 1.* Quæ omnia prænominatae personæ, in ipsorum territoriis, cum omnibus juribus habere & possidere jubentur. *Conf. omnino Maximil. II. Bergwerks Vergleichung im Königreich Böhmen An. 1575. auffgerichtet und publiciret Subiect. der Verneuerten L. Ord. p. 507.* Ubi Imp. præfatur: Welcher massen die Kron Böhmen/von Gott mit vielen ansehnlichen Bergwerken auf allerley Metall und mineralien reichlich gesegnet: Also daß wann die Gewerken räht ersucht wu-

E

den

den/nicht allein die ansehnliche Mehrung des Cam-
mer-Guths/ sondern auch gemeiner Wohlfahrt dar-
aus zu hoffen. Accessoriè, seu secundario agi-
tur etiam de Regali Judæorum recipiendorum;
de quo v. P. Ord. de an. 1548. tit. 20. § de an.
1577. tit. 20. ibi: oder insonderheit derhalben pri-
vilegirt seyn. Kitzel. in Orat. de Regal. habend.
judaor. n. 7. Et teloniorum, de præterito indi-
ctorum percipiendorum. v. l. 10. ff. de publican.
l. 3. C. V. Vectig. nov. inst. non poss. R. I. de an.
1576. §. weiters 15. Hisce enim Regalibus hiscus
etiam locupletatur. arg. 2. F. 56. l. 17. C. de Ju-
dais. add. Dn. Hahn. in Diatagm. jud. th. 2. §.
15. Dan. Otto. de J. P. c. II. p. 408. § 418.

Enthosice.

Confirmatio hæc Carolina, exinde minime supervacua
censenda, quod jam tum ejusmodi privilegia Electores con-
suetudine acquisierint. Cum enim argentifodinæ, tam quoad
possessionem & plenam utilitatem, in locis publicis, v. l. 10.
ff. de publican. quam quoad vectigal seu decimas redditum, in
locis privatis, l. 4. §. 7. de Censib. l. 17. §. un. de V. S. (proprie-
tas enim privatis relinquitur. l. 3. §. 6. § l. 4. de reb. eor. qui
sub tut. l. 7. §. 14. ff. sol. matr. l. 3. C. de metall. junc. §. 2. Instit.
debiti qui St. sui.) inter Regalia Imperatoris referantur. 2. F. 56.
Vultej. 1. F. c. 5 n. 16. Sixtin. de Regal. c. 16. n. 58. Limn. ad §.
1. b. O. 1. Omnino publica lege, Electores de tanto jure cer-
tiorare voluit Imperator; Ne exinde ulla controversia ipsis
moveri possit, vel si moveatur, uti factum W. Regi Boh. ab
Alberto Imp. referente Dubravio in hist. Bob. 18. f. 174. Buxtorff.
th. 89. lit. c. ad probationem difficilem, consuetudinis vel pre-
scriptionis non alstringantur, Mascar. de prob. 1. concl. 423.

n. 1.

n. 1. quin imò hac occasione multæ ceteraram constitutionum
fovent inutiles v. T. 4. §. zum dritten T. 5. ibi: Psaltz Graß,
schafft Freyheit wegen. T. 8. ibi: und also von guter öbblicher Ges-
wohnheit. T. 10. Ec. Loquimur autem de tempore A. B. Ho-
die enim cum Superioritate territoriali, etiam ceteri Status ac
Principes Imperii, jura fodinarum habendarum acquisiuerunt.
R. I. de an. 1541. §. die weil wir 63. de an. 1551. §. weiter so
segeln wir. 48. item de an. 1648. §. die weil auch 38. in verbis und
andere so guldern und silbern Bergwert haben. *Magnis. Dn.*
Cancell. Tab. ad D. Ottom. c. 11. p. 434.

Thef. XXXIV.

Alterum *Regale fiscale est monetandi*; quod *T. X. De*
& proponitur & extenditur. Proponitur & abso-*monetis.*
lutè & cum adjectione: Absolutè, tam ratione
concessionis; quam ipsius regalis; Concessio com-
petit Regibus Bohemiæ: Regale ipsum concernit
& potestatem cudendi auri & argenti monetas, in
omni Regni parte secundum placitum Regis; &
modum ac formam usitatam. *Adiectio*, consistit
in facultate augendi Principatus, quæ considera-
tur, vel ut *beneficium*, seu jus quoddam, (esse e-
nim hoc privilegium singulare, constat vel ex eo,
quod non indistinctè de genere permisorum sit,
antiqua majorum castra & prædia avita ab extra-
nea familia acquirere. v. l. 38. de R. U. l. 35. ff.
de minoribus. l. 22. §. Ergo Ec Domus. C. de ad-
ministr. tut. Vultej. 4. Consil. Marp. 54. n. 12.
Gail. 2. O. 19. n. 1. seqq.) in coëmptione prædic-
rum & quorumcunque, (servata tamen eorum

conditione,) & à quibuscunque positum: Velut
onus, quatenus de ejusmodi incorporatis bonis,
ad consueta jura Imperio exhibenda emptores
adstringuntur; cùm alias incorporata ejusdem
fiant naturæ ac conditionis, cum illo universo
vel Regno vel Electoratu, cui incorporantur.
Gædd. 4. Conf. Marp. 37. n. 769. junc. tit. 26. b.
Extensio, sit ad universos Electores eorumque
legitimos successores, sub modo prædicto.

Expositio.

Rubrica non imperfete, (uti Dn. Limnæus arbitratur,) sed generaliter concepta: siquidem Regale hoc non tantum continet potestatem cuendæ monetæ, prout expresse in nigro habetur, sed etiam facultatem instituendarum officinarum monetarium, v. R. I. de an. 1570. §. und dieveil. 133. de an. 1576. §. tiewol auch. 70. §. de an. 1594. §. wie ordnen. 102. aliaque compendia. v. 2. F. 56. ibi: moneta. Istud autem majoris difficultatis esse videtur, quare hic tam pauca E. E. Regalia, non vero omnia, Imperator confirmare voluerit? Dn. Limnæus se rationem, ne quidem per conjecturam, assiqui posse scribit Observ. 21. tit. 9. §. 1. Arbitrari quis posset, rationem expressionis hujus specialis (1.) in eo quærendam esse, quod Regale hoc olim ad solos Imp. pertinuerit, uti notari solet ad text. 2. F. 56. verb. Argentarie. Carolum autem IV. precibus E. E. hoc concessisse & communicasse intuitu sollicitudinum & laborum, quos pro quiete publ. intimi hi Consiliarii sustinent. Arum. disc. 5. concl. 9. Maximè cùm sic quoque dignitas & potestas cum Electorum tum Electoratum conservetur. (2.) Cum maxima rei monetaria cura sit habenda, ac inter fortissima Reip. monumenta referenda. R. A. de an. 1500. proœm. R. A. de an. 1570. §. dieveil dñm 121. seqq. Kitzel. de Jur. Monet. cl. 1. th. 3. lit. F. Nulla enim vis, nulla mortalitas, Remp. adeo

adeo affligere potest, quam moneta. *v. Nov. Leon.* 52. Inde ut E. E; tanquam proximiora Imperii membra, simul hujus rei curam haberent, eorum privilegia circa monetas & auri fodi-nas, *conf. in b. s. preced.* præcipue hic Imperator recensere vo-luit. *Quin & (3.) ipsi E. E. contenti fuere moderato Regalium usu, præsertim cum nosint ejusmodi jura ipsis esse con-firmata, quæ fere principem locum obtineant, & majoribus Regalibus accenseantur.* *Mattb. 22. v. 20. l. 2. C. de fals. mon.* R. I. *de an.* 1570. 5. Als denn auch die Münz-Gerechtigkeit kein mercantz sondern unser Käyser. *Regal.* 132. *Kitzel. d. cl. 1. tb. 5.* *Befold. in thes. præst. in vocibus Verckvercl. & Münz. Clapmar.* *de arcan. Rerump. lib. 1. c. 16. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 3. n. 2.*
¶ 48. n. 1.

Thes. XXXV.

Administrationem justitiæ attinent Regalia, *T. XI. De immunitate Principum E. E.* quæ sub hoc tit. generali proponuntur. Ne enim hac in parte deterioris essent conditionis coeteri E. E. Rege Boh. neque per inæqualitatem æmu-latio quædam, quam tantopere sibi cavendam duxerat Imperator in *proœm. tit. 7. ¶ 12.* inter eos suboriretur, (ut ita non plane otiosum hoc capitulum sit censendum cum *Limnæo in Observ. ad rubr. b. t.*) Ideo licet Rex, ratione Regni, potiori quodam jure gaudere possit; tamen ea-dem Regalia, cæteris quoque Electoribus tributa sunt, nempe de non evocando subditos & ne ab E. E. appelletur. *v. Buxtorff. th. 44.*

Thes. XXXVI.

Quæ privilegia conceduntur, E. E. tūm Ec-clesiasticis tūm Secularibus. *Ecclesiasticorum*
E 3 *privile-*

privilegium de non evocando respicit & cōsentanea & dissentanea. Consentanea concernunt subjectum & formam. Subjectum sunt omnes Moguntinensi (que in ordine versionis germ. merito pramittitur conf. iher. th.) Trevirensi & Colonensi Ecclesiae subjecti, cujuscunque conditionis & dignitatis. Forma est ipsa prohibita citatio vel evocatio in quacunque causa, sive civili, sive criminali, ad quodcunque aliud tribunal, extra earundem Ecclesiarum seu ArchiEpiscopatum limites. Dissentanea considerant vel personam citatam, vel ipsum processum. Citatum; qui si contra hoc edictum ad aliud auditum evocatus fuerit, comparere minime teneatur. Processum, cuius actus sive partes quæcunque, hoc modo annullantur, cassantur,

Expositio.

Privilegium hoc, uti diversa formula conceditur, ita etiam à seq. privilegio diversimode differt, & quidem causa subjectiva ac formalis. Subjectum agens in privilegio de non evocando præcipue sunt extranei; In beneficio de non appellando præcipue subditi. Subjectum patiens in priori sunt soli subditi, fatente Limnzo ad tit. & O. 1. v. Samuel. Tutor. de non evoc. & non appell. tb. 25. In posteriori vero etiam extranei v. Arum. disc. 5. cl. Buxtorff. tb. 94. Forma quoque distant, prius enim privilegium primam potissimum concernit instantiam, posterius vero secundam. l. 17. ff. de Minor. l. 1. ff. de appell. Carpz. D. F. 6. Coroll. 1. n. 1. seqq. Ex quo constat, nec posterius sub priori, prout hoc loco consideratur, contineri. Sam. Tutor. detr. tb. 30. Sic privilegium de non evocando subditos,

ditos, omnibus Imperii Proceribus postea concessum est, Capitul. Caroli V. art. 15. &c. II. de au. 1521. tit. 30. Einem jedem bey ordentlichen Gericht bleiben zu lassen. O. C. par. 2. tit. 1. §. 2. Carpz. d. l. n. 10. Limn. ad §. 3. Obs. 8. quis vero dixerit iisdem etiam esse concessum privilegium de non appellando? cum ne potentissimæ quidem Principum familiz, illud absolute & generaliter habeant; sed determinatè & cum restrictione ad certam summam: Ceu de nobili privilegio Sereniss. Ducum Brunsbic. & Luneburg. testatur Magnis. D. Cancell. Tabor. in Disputat. super eo babito. tb. 12. seqq. conf. Hoffger. Ord. Henrici jun. Brunsbic. art. 65. & de Landgraviorum Hassiz privilegio, Dn. Dieteric. hic p. 66.

Thef. XXXVII.

Alterum privilegium *de non appellando* itidem exponitur & declaratur. Exponitur inquam in causis & effectibus, Causa (1) Subjectivâ: sive personis, quæ appellare non possunt; Sunt autem E. E. Ecclesiasticorum subditi & incolæ, cuiuscunque conditionis & ordinis. (2) Objecto seu Judicio: Judicium aliud est à quo, aliud ad quod. Judicium à quo non appelleatur, sunt sententiæ vel ipsorum Electorum, vel officialium in supremis eorum curiis latæ. Judicium ad quod non appellandum, est alterius tribunal qualecunque. Vis & effectus hujus privilegii in eo positus est, quod ejusmodi appellations non sint recipiendæ. Declaratur autem hoc privilegium & limitatur in casu denegatae, vel (quod perinde valet) nimium protractæ justitiæ: Hoc enim casu
ad

ad Aulam & Cameram Imperatoris licet provocare. v. Nov. 17. c. 3. Cap. cæterum. s. de judiciis. O. C. par. 2. tit. 1. §. 2. Et tit. 26. §. 1. 2. F. 22. ibique Magnif. Et Excellentiss. Dn. Praes. in annal. Et in d. disp. de privileg. Duc. Brunsu. Et Luneburg. de non appell. th. 13. seqq. Gail. 1. Obs. 1. n. 21. Et Obs. 28. n. 2. Et seqq.

Thes. XXXIX.

Hæc de Electoribus Ecclesiasticis, sequuntur Seculares; ad quod universos eorumque hæredes hæc privilegia plenissime extenduntur, & quidem ratione vel ipsorum E. E. privilegium de non appellando, vel Subditorum; privilegium de non evocando, sub modis tamen & conditionibus jam jam adductis. Quibus in versione germt. declaratio quædam adjicitur, de qua vid. Dn. Limn. h. Obs. 10.

Expositio.

Privilegium & Regale de non appellando, constanti usu servarunt Saxonius & Brandenburgicus E. E. Sereniss. reliqui autem licet iis usi non sint; Carpz. in J. P. F. par. 1. const. 20. D. 23. n. 3. seqq. Buxtorf. tb. 94. lit. E. vel ad certam summam, peculiaribus privilegiis ab Imperatoribus impetratis, restrinxerint. v. R. I. de an. 1654. §. und siehet diesem nechst 115. Attamen non recte dicuntur ea per usum perdidisse, uti cum Schurffio loquitur Dan. Otto de J. P. c. 11. p. 356. Berlich. 1. concl. 50. n. 24. seqq. cum enim omnes Cesares in principio Regiminis teneantur singula & universa E. E. privilegia de novo confirmare, tit. 2. A. B. §. pen. Et ult. in mera facultate cuique

cuique Electori constituitur, quatenus hoc vel illo privilegio in usum sui Electoratus uti velit: Unde facile fidem adhibemus iis, qui tradunt, hodie E. E. omnes privilegium hoc simpliciter recepisse, v. Notatores ad Roding. lib. 1. P. C. tit. 20. §. 1. Cæterum extensio privilegiorum ad E. E. Seculares, nul latenus aut supervacanea fuit, quemadmodum censet Limn. ad §. 3. Obs. 1. Cum enim absolutum hoc privilegium plane singulare sit & regium, merito etiam singulis E. E. eo nomine fuit cavendum atque prospiciendum. Conf. Buxtorff. d. tb. 94. Ut. A. vers. hoc juu revocandi, atque hinc progressus juris norandus.

Thes. XXXIX.

Porro E. E. omnes collegialiter concernit, t. XII De privilegium conventus seu diatas collegiales in Congregat. situendi; arg. l. 2. & t. t. De Colleg. Conven- Principum tuum istorum electoralium, der Churfürstl. und secundum deminemini Collegial-Tagen ostenditur & necessitas & tem- um. pus & moderatio. Necessitas in par. b. t. Quod intersit Reipubl. E. E. ad tractandum de ipsius imperii salute, frequenter convenire. Tempus sive periodus determinatur in §. 2. annua, ex beneplacito tamen Imper. & E. E. mutanda. Moderate ratio & temperantia, in §. 3. designatur: nempe ne intempestivis conviviis seria negotia interturbentur, universales omnium E. E. ad convivia invitationes prohibentur: particulares autem singularum permittuntur. Ratio prudentis hujus decreti peti potest ex cap. à Crapula 19. Ext. de vita & honest. Cleric. Can. ult. dist. 35. Cic. 2. Philipp. cap. 32. Gail. 2. Obs. 110. n. 24. A-

F rum

rum. h. th. 23. Licet enim convivia per se licita sint, & sum suum habeant ; Ut late ostendit Stuckius lib. antiqu. conviv. c. 3. p. 8. vers. Jam vero. Unde etiam in omnibus fere actibus & conventibus solennibus usurpata fuerunt, maxime autem in Regum aut Magistratum inauguratione. v. eund. Stuck. de lib. i. c. 20. Excessus tamen, (quo nomine Germani imprimis infamantur, v. noviss. Rohanium in histor. peregrin. sua p. 27. sub tit. Trente) sanioribus semper improbatus est. v. Job. Meursium de luxu Roman. c. 13. Quippe ex quo multa mala oriuntur ; De quibus Alsted. in Antiqu. conviv. succincte expos. §. 6. Macrob. l. 3. Saturnal. c. 17. Unde etiam luxus iste multis legibus coercitus : Orchia sc. Fannia, Liciinia, Aliis v. Macrob. d. lib. 3. c. 7. Biccium de conviviis, th. 23. add. R. de Anno 1500. 12. 30. 48. 77. Et c.

Exhort.

Quod dictas & conventus Electorales per se attinet : Evidem ex ratione politica, v. Clapmar. l. 3. de arcan. Rerum. c. 13. inf. tam jure communè, l. ff. quod cuiusque universi. nam l. 20. de reb. dub. l. 3. §. 1. de Colleg. 2. F. 53. §. 2. quam hac ipsa constitutione sit. 15. conventus & coitiones subditorum vix ferenda conf. Magnif. Dn. Cancell. Tabor. in C. I. A. rit. de Colleg. sb. 3. Quemadmodum etiam noviss. Imp. Ferdinandus II. in der Verneuerten L. O. des Rödigr. Bohem. sub tit. von Land. Tagen pag. 5. seqq. sub pena criminis L. M. vetuit, ne quisquam convenitus instituere auderet. Specialiter tamen Caſarea, Majestas, E. E. tan-

tanquam solidis imperii Basibus & Patriæ Patribus atque Consiliariis fidelissimis, virtute hujus privilegii concessit, ut pro salute & incolumentate Reip. absque specialis venia impreatione, conventus extraordinarii indicere possint. Hodie duo in primis genera conventuum celebrari solent; Electio-
nis scil. gratia instituta, die Wahl-Tage: Et propter alia Reip. negotia indicta, Churfürstl. oder Collegial-Tage. v. Dan. Ottom.
c. 13. D. J. P. P. 489. & seq. ubi ex Buxtorfio notat: Hodie ad exemplum E. E. etiam alios status conventus colligales insti-
tuere. Enim vero non erat quod Limnæus Obs. 13. Arumzo at-
que Carpzovio crassum hunc errorem impingeret, quasi uter-
que ex hoc loco collegerint: posse E. E. conventus instituere
sing. ann. inscio Imperatore: Quæ imputatio sola Carpzovii
lectione refellitur, sic enim ille de L. R. c. 5. scil. 7. n. 10. Quon-
dam E. E. solis, absque imperatoris consensu vel permisso, vel absque
aliorum Principum intervenienti convenire non licuit: per trad. Ab-
bat. Studen. Goldaf. & aliorum. Sed postea à Carolo IV. id halle-
nus fuit immuratum, ut absque speciali venia impreatione, annua-
tim Comitia celebrari possint. In noviss. Capitulat. Invictiss. Imp.
Leopoldi art. 6. jus hoc Electorale ita declaratur: Wir lassen
auch zu/ (nota concessionem generalem) das die 7. Churfürsten
le zu Zeiten verindg der guldenden Bull/ und nach Gelegenheit und
Zustand des H. Reichs/ zu ihrer Rotheidurft/ auch so sie beschwerliche,
Obsiegen haben/ zusammen kommen mögen.

Thes. XL.

Cum autem hisce privilegiis varia jura &
argumenta objici possint; itemque privilegia aliis
concessa. Ideo Imper. Carolus IV. censuit cor-
roboratione quadam opus esse, derogatione ex-
pressa subjecta, qua privilegiis anterioribus atque
præmissis adversantibus vis omnis adimitur, cu-
juscunq; tandem status aut dignitatis hominibus,

*T. XIII.
De revoca-
toria privi-
legiorum.*

vel ordinibus aut corporibus concessa sint: quatenus ea libertati, jurisdictioni, juri, honori, aut Dominiis Principum E E. obseruantur. Ampliatur haec decisio abrogatoria, ut valeat etiam in illis privilegiis anterioribus, quae additam habent clausulam irrevocabilitatis. Nam & ista de plenitudine potestatis Imperatoriae hactenus cassantur & revocantur. v. Buxtorf. lib. 96.

Evidens.

Dubitat equidem Carpzovius, in tr. de L. R. Germ. c. 3. sect. 14. n. 24. An Carolus IV. jure fecerit, quod aliis statibus jus quas sicutum, & quidem sub conditione & clausula irrevocabilitatis, ademerit. Idque dubium Limnæus hic more solito adducit, nec diluit, Obs. 1. Potuisset illud etiam intendere ea ratione, quod (1) Princeps ex promissione obligetur jure Gentium. Wesenb. in parat. de Confit. Princip. inf. Arum. disp. 1. Pandect. lib. 19. Salgado in labyrintho, credit. par. 1. c. 38. n. 15. seqq. per l. causas 16. C. de Transact. Forster. de part. c. 8. Et quas rationes alias assert Dan. Otto. de J. P. c. 8. p. 187. & seqq. Et ad concessionem privilegiorum applicat Baro Enenkel. lib. 3. de privilegi. in genere c. 5: (2) Quod item privilegia anteriora, non contulerit aliis ut privatus; sed ratione Imperii, quod nunquam mutetur. Idem Enenkel. d. lib. 3. c. 2. n. 34. & 35. Conf. Magnif. Dn. Praesidis Armamentur. c. 3. lib. 3. p. 183. Enim vero maculam istam, utcunque ea etiam per l. 1. C. de his qui ven. etat. intendatur. v. Limn. Obs. 6. abstergere tamen possumus facile, si quoad privilegia simpliciter & sine clausula irrevocabilitatis concessa dixerimus: Ea semper intelligenda esse cum exceptione salutis publicæ, rebus sic stantibus, & nisi utilitas publ. refragetur. Post Jason. Abbat. & alios Tiraquel. de panis tempor. in prefat. n. 41. Gabriel. sub tit. de jure quasifico. concl. 5. n. 42. Menoch. lib. 2. presumt. 10. n. 49. & consil. 251. n. 21. Facit & illa ratio, quod omnia privilegia intel-

telligenda sint salvo jure tertii conjuncunque *L. 4. C. de emancip. liber. l. 5. ff. de natal. restit. l. 2. §. 10.* Ne quid in loc. publ. cap. 19. *Ext. de privileg. Gail. 2. O. 1. n. 14.* in tantum, ut si in alterius præjudicium vergere, & iniqua fieri incipient, nihilominus revocatio licita censeatur. *Ranckb. 2. quest. jur. Civ. & Sax. q. 11. n. 90.* *Cabedo 2. decif. 75. n. 3. 6. & seqq.* Quod si clausula irrevocabilis addita fuerit, difficilior equidem juxta potestatem ordinariam fit revocatio: defendi tamen potest vi potestatis absolutæ, sive ex plenitudine potestatis, veluti hic Imp. innuit Rodolphin. de absoluta Princip. Pœst. c. 6. n. 199. *Tussebus Tom. 1. l. 1. C. Concl. 342. Bernb. Grav. ad Gail. lib. 2. concl. 56. confid. 3. inf. Ceser Barz. decif. 118. n. 10. Pergrin. de jure fisci lib. 5. tit. 2. sub. n. 49.* Cum salus Reip. supremalex sit, cui omnes privatæ leges & utilitates cedere debent: per ea quæ late tractat ipse Ennenkel *d. lib. 3. c. 6. n. 4. & seqq. add. l. 14. C. de Oper. publ. l. 5. de decret. ab ord. fac. Nov. 7. c. 9. §. 1.* Quod si quis singulis decedat, utilitate publica rependitur, *fac. l. fin. §. 14. C. de Cad. toll. l. 3. C. de princip.* & si quicquam his pereat sine culpa, non certe decedit sine causa. *Can. 23. de R. I. in 6.* Simile exemplum habemus in der Münz-Ordn. Ferdinandi I. in R. I. de ann. 1559. §. Wo aber iem. and 179. add. Capitul. Ferdinand. III. art. 37. Nihil etiam movet, quod Carolus IV. suis successoribus legem dixerit, qui tamen causam ab eo non habeant; Contra ea quæ cum Dd. prolixe deducit *Carolus Tapia in l. ult. C. de Constat. Princip. par. 2. c. 9. n. 11. p. 302.* quia ex eadem utilitatis publicæ ratione successores obligari possunt. *v. instr. Pac. art. 17. §. 2. Magnif. Dn. Cancell. Tabor. de Obligat. Success. c. 4. n. 14.*

Thes. XLI.

Et hæc quidem ad compositionem & conser- T. XIV.
Debis quib.
ut indignio
transferuntur
bona sent.
dat.
vationem pacis, inter Columnas & eminentissima Imperii membra, pertinent: Conf. l. 2. C. auferuntur de offic. præf. prator. Orient. l. 46. C. de decur. l. un.

C. de sentent. pref. prat. Quia vero nec Politicus, nec Ictus finem pacis assequetur, si non de omni subiecto sollicitus fuerit; (*Siquidem Imperanti-um & subditorum conditio, arctissimo invicem vinculo connexa est.* *Sixtin. 4. Conf. Marp. n. n. 44.*) & leditiones quoq; popularium caverit. v. l. 34. vers. Sed nos *C. de in offic. test. Nov 85. pr. Cic. in Orat. pro Publ. Sextio v. 98. seq. Perez. ad Cod. T. de seditios. n. 6.* Ideo Imper. Carolus IV. quasi communis patriæ & civium pater, paternum erga universos subditos gerit animum, *Reink. de R. S. E. lib. 1. concl. 1 c. 5. n. 69.* & porro sollicitus est, quemadmodum per convenientia media & cautelas, finem hunc universalis tranquillitatis etiam in membris inferioribus consequatur, cum istorum seditio, non minus turbare quietem publicam possit, quam illorum dissensio, *Arist. 5. Polit. 1. & 2. Reink. d. lib. 1. cl. 2. c. 10. n. 35. seqq.* Ad praecavendum ergo seditionis malum, & quatuor illa vitia in processu hujus constitutionis designata, Imp. quatuor etiam titulos cautelæ loco adhibuit, abusibus illis & pravis illius temporis consuetudinibus oppositos, *Buxtorf. th. 97.* quorum quidam respiciunt Superiores mediatos, quid tñ cives inter se. Superiores ita; *siquidem subditi insurgunt vel contra Dominos feudi, vel contra Dominos territorij.*

Expositio.

Notanda sunt ista contra Limnaeum, qui Obs. i. p. 397. miratur, quomodo hic & seqq. tres tituli in A. B. & cuius autoritate inserti sint; cum non sint leges ad unitatem inter E.E. vendam, & unaminem electionem introducendam comparatae; de quibus in hac bulla se aceturum Imp. in prom. hujus bullarum professus sit. Quam justam enim ac pene necessariam rationem tractatio ista habeat, ex superioribus facile potest intelligi. Dixerat enim in principio, in toto Regno pacem esse conservandam; quia omne Regnum in se divisum desolationem patiatur. Atqui Regnum non constat ex solis E.E. sed, uti demonstravimus, ex Capite & Membris tum superioribus atque præstantoribus; tum inferioribus. Deinde proposuit sibi Imp. etiam omnia vitia, quæ dissidia excitare solent, excludere; Superbiam, inquam, inobedientiam, luxuriam, invidiam, &c. At hæc vitia non Principes tantum; sed & populum ipsum possunt invadere. Tertio si maxime E.E. inter se concordes essent, populus autem tumultuaretur, æque metuenda esset Regni divisio. Ergo non tantum præcipuis imperii membris; sed & inferioribus providendum fuit. Magister. de Advoc. armat. c. 6. n. 570. & seqq.

Thes. XLII.

De prioribus in h. tit. 14. (à prædicato ad instar, tit. ff. de his qua ut indign. aufer. potissimum descripto) agitur; qui constat ex causa sanctionis & ex sanctione ipsi Causa hæc est, quod seditiosi vasalli tum frequenter solebant feuda Dominis eo fine intempestive resignare, ut rupto vasallagii vinculo Seniores suos ac nuper dominos audenter invadere & oppugnare possent.

sent. Ea propter *sanc*tio* prohibet intempestivam & fraudulentam ejusmodi resignationem, quamque nullam declarat. *Permittit* autem refutacionem sine dolo, vere & realiter factam. Nam quilibet vasallus, feudum Domino impune refutare potest, modo id non fiat animo maligno 2. F. 9. pr. & 14. ibique *Magnif.* & *Excell. Dn. Praes in anal.* 2. F. 38. & 44. *Vultej. i. de feud. c. 10. n. 29. Carpz. Disput. 7. F. th. 35.* Ultriusque autem partis, considerantur & convenientia & inconvenientia. *Convenientia*, concernunt vel bona refutata, quorum possessio Dominis realiter assignanda; vel vasallos, ne in resignatis feudis Dominos nullō modo ob pristinam fidelitatis memoriam molestent aut offendant. 2. F. 38. inf. *Buxtorf. d. th. 97. lit. b. Rosenth. de feud. C. 9. concl. 50. n. 5.**

Expositio.

Ex hisce etiam apparet, quam necessaria fuerit istarum sanctionum insertio. Quid enim si Vasalli, Dominos &c. invadant & plures in exemplum eant, quid inquam aliud consequetur, quam pacis publ. ruptura! Et cum quilibet pars sibi socios aut protectores vel &c. vel alii imperii membra quisiherit, bellum intestinum? quibus sane turbis emergentibus & corda sincera in concordia nec conservantur, nec electio promovetur, sed maxime impeditur. Huic itaque malo, & grassanti furentium Vasallorum licentia, constitutio ista sapienter, obviā processit.

Thes. XLIII.

Disconvenientia, respiciunt transgressores
hujus

hujus constitutionis *in vers.* *Contrarium facientes.* Qvæ committuntur, vel resignatione facta, vel ante eam, sive ea non interposita; Resignatio facta fuit vel in toto ycl in tanto s. pro parte; & utroque casu damnatur non tantum invasio, sed & omnis machinatio obligationi vasalliticæ, contraria 2. F. 6. ita ut feloniam committentes, (1) feuda omnia ipso jure amittant; (2) ipsimē infames fiant, (3) in bannum Imperii incident, adeoque (4) nunquam ad feuda aliqua deinceps adspirare queant. Poenas istas multo magis incurunt Vasalli, qui prædicta resignatione omissa talia patriant. Cum enim Vasalli, ob arctissimam fidelitatis legem, qua seniori suo devincti sunt, 2. F. 6. & 7. Magnif. Dn. Cancell. Tab. Racemat. ad l. 67. de furt. p. 253. securitatem Domino præstare, cumque summa religione & veneratione colere debeant, 2. F. 23. plus vice simplici peccant, qui in ipso beneficio Dominum invadunt ac turbant. 2. F. 24. *vers.* Porro ibique *Pralaudatus Dn. Cancell. Tabor. in anal. Ualtej. i. feud. c. ii. n. 20. 31. & seq. conf. Ordin. Cam. par. 2. tit. 9. §. 2. Gail. de P.P. 2. c. 3. n. 24. & seq.*

Explan.

Pœna quarta quæ Vasallo in hanc L. peccanti ad feuda, vel beneficia nullus aditus datur, dubium peperit *ap. Limn. G Obs.*

Obf. 8. Utrum Dominus possit alicui, rem violenter ab ipso occupatam in feudum concedere? Enimvero quæstio ista in subiecto, & adjuncto à præsenti constitutionis problemate aliena est. Subiectum enim, ut intelleximus, est Vasallus, feudum vel ejus partem fraudulenter & prava hac intentione resignans, ut postridie rupto veluti obligationis vinculo, Dominum impune possit invadere. Opposita autem quæstio agit de extraneo, qui Vasallus non est, & aliquem invadit, à quo postmodum per transactionem pace facta, fundum occupatum in feudum accipit: quo purgato per pacificationem priori vitiō, frequenter utique fieri videmus. Et sane cum Dominus ob bonum pacis etiam bona regni alienare queat, v. Vasques, & alios citat. H. Grotio. lib. 3. de I. B. & P. C. 20. n. 5. & damna tempore belli subditis illata remittere. Gail. 2. O. 56. & 57. quanto magis in suis bonis alicui usumfructum concedere, & hominem strenuum sibi obnoxium beneficio redde-re poterit.

Thes. XLIV.

T. XV.
*De Conspi-
rationibus.*

Adversus *Dominos territorii*, subditi du-pliciter delinquere poslunt cum pacis publ. tur-batione; nempe conspirando in Dominos, vel maligne eosdem deferendo. Quorum illud ad peccatum commissionis: istud ad omissionis delictum referri potest. *De conspirationibus* & conspiratoribus agit Imp. in h. t. exponens & crimen conspirationis ipsum, & ejusdem pœ-nas. Conspirationis vocabulum, suā naturā ex-nū. pīon est, licet in deteriorem partem freuer-tius accipiatur. In hac autem constitutione ge-neralius usurpari videtur, pro colligatione, con-fœ-

foederatione, contestatione. Et distingvuntur in
licitas & illicitas. *fac. quisquis illicitum de Colleg.* König. ap. Arum. 2. disc. 19. Illicita sunt,
quæ pacis turbandæ gratia ineuntur: & ejusmodi ligæ hic interdicuntur, tum ratione subjecti;
civitatibus, quæ alias licita collegia confœderationes facere possunt, v. R. 1. an. 1529. §. Der-
gleichen soll. 14. & paganis seu extra civitates
habitantibus: distributive & collective consideratis; tum ratione modi, ne quocunque prætex-
tu ac colore talia seditiosa foedera pangant. v. l.
2. ff. de Extraord. Crimin. 2. F. 53. §. conventi-
cula 2. consuetudine contraria reprobata, Nov.
134. Cap. 1. vers. male enim cap. instituimus. 3.
de fidejuss. quippe quæ in re illicita potius corru-
ptela dicenda est. *Cap. cum venerabilis 7. E.*
c. 2. Ext. de Consuetud. l. 2. ibi: qui illicitum col-
legium usurpaverit. de Colleg. l. 13. §. fin. ibi:
usurpatum tamen E hoc est tametsi nulla jure
ff. de injur. v. Magnif. D. Tabor. armament.
just. c. 6. §. 29. p. 350. Licitæ sunt, partim quas
subditi faciunt cum autoritate Dominorum, iisque
nominatim exceptis. l. 3. §. 1. de colleg. par-
tim quæ sunt pacis universalis custodiendæ cau-
sa. (Ita licet ~~admodum~~ verbum generalis pacis,
ad dubium quod Limn. Obs. 2. E 3. movet

præcavendum. Quod imprimis appareret ex textu Germ. ibi : Jedoch die Gelübde und die Ver-
hündniß/ so die Fürsten/ Städte/ und andere/
wegen gemeines Land-Friedens aufgerichtet/
ausgenommen) quas suæ declaracioni (si quæ
opus fuerit) reservans, in suo vigore reliquit Im-
perator §. 2. h.

Exhortio.

Objicit Limnæus (1) Exceptionem §. 2. non pertinere ad præcedentem regulam, quippe quæ non agat de omnibus confederationibus, sed de illis tantum, quæ factæ sint, inter mediatis Imperii subditos: Ast si regula agat etiam de immediatis, non satis commode excipi confederationes inter Princes & civitates. Resp. equidem Imp. confederationes mediatorum potissimum in mente habebat ; sed tamen illicitas etiam alias quascunque detestando. *in verb. conjuraciones insuper, & confederationes ac palla.* Quæ verborum generalites, ne prætensiæ statuum facultati adversari videretur ; cum ex antiquo germanicæ libertatis obtenuit, foedera pangendi jura status etiam ante A. B. prætenderint, v. R. J. de an. 1495. tit. Von Handhabung des Friedens / h. auch sollen wir. R. 2. de an. 1529. §. Und als 35. ibi die der Schwäbische Bund der Baierischen Empörung halber gemacht. Coll. Giff. 2. D. 12. tb. 9. lit. b. ideo Imper. in §. 2. indicat, se huic prætensiæ libertati, imprimis si ea foedera pacis publ. conservationem concernant, his verbis non derogare : Sed quia tamen foedera ista non sunt unius generis, nec satis ordinata ; Hinc sibi hujus articuli ulteriore discussionem reservat. Apparet enim tum ex veteribus, tum recentioribus historiis, constitutionibus & tractatibus : Status sibi hac in parte plusculum arrogasse, Impp. aut in concedendo difficiliores fuisse : Donec plenior potestas statibus expressa pacatione indulta fuit. Instrum. Pac. tit. 8. §. glaudeant. vers. cymprimit vero. Cess latius deduxit Magnif. & Nobiliss. Dn. Pres-

ses, in doctrina de fuderibus, ad Dan. Otton. c. ii. p. 392. seq. Cujus dispositio quo minus A. B. h. t. derogare videatur, facit annexa clausula & conditio: *In vers. ita tamen:*

Thef. XLV.

Pœna, consideratur vel ut indicenda vel ut applicanda; *Indicitur personæ vel singulari*, infamiae scil. ac decem librarum auri, ultra pœnam lege jam constitutam; *Vel universitati*, quæ est centum librarum auri, cum ammissione libertatum & privilegiorum imperialium. *Applicatur*, pro parte fisco Imperiali, pro parte Domino destri-
ctus, in cuius præjudicium conspirationes factæ.

Ex parte.

Procul dubio Carolus IV. in §. 3. b. (v. Limn. ibid. Obs. 1.) legem suam antiquam ideo dicit, quia ab Imp. Augustis predecessoribus suis, ad eundem modum concepta & lata fuit, fac. tit. 24. b. & l. quisquis si. C. ad L. Jul. Majest. R. I. de an. 1495. Rubr. Von Gotteslaſterern. pr. Arthur. Duck de author. jur. Civ. R. lib. 2. c. 2. n. 10. Locam. queſt. Inf. 2. Et in specie quidem respxisse videtur vel ad constitut. Friderici in 2. F. 53. §. conuenticula 2. vel ad , l. 3. §. 2. de Collég. Jure enim civili pœna nudæ connexionis, quando collegæ in eo saltem peccant, quod contra vel citra autoritatem publicam conveniunt & ligam seu colligationem instituunt, arbitraria est. d. l. 3. §. 2. l. 15. c. de Episc. & Cler. quando vero cum coitione aliquid criminosum concurrit, ad finem certum & improbum directum, pœna etiam L. Jul. Majestatis, vel de vi publica obtinere potest. L. 1. & 4. ff. ad L. Jul. Majest. l. 3. pr. l. 5. l. 10. §. 1. ff. de vi publ. l. 2. de Collég. ibique Magnif. Inv. Cancellar. Tabor, Preceptor ac Patronus noster etatem venerandius, in filo. Ariad. Larinac. part. s. capel. 113. n. 32. seq.

Thef.

Thef. XLVI.

T. XVI.
De Phal-
burgeris.

Sed & deferendo maligne Dominus, subdi-
ti facile seditionem excitare poslunt: Horum ita-
que machinationes, cum insuper Dominos faci-
le quoque collidant, merito prohibentur per se-
veram sanctionem & præceptum pœnale, *Carpz.*
D. i. F. Coroll. 4. n. 5. Cujus considerari potest
& Occasio & Sanctio ipsa. *Occasio*, petita est
tam ex malitia subditorum; (quorum nonnulli
pro more ejus seculi in fraudem superioris, clien-
telæ & protectioni aliorum se committebant, ea
intentione, ut quidem in priorum Dominorum
terris ac civitatibus corporaliter residere, civitatis
tamen acquisitæ juribus gaudere, atque ab iis de-
fensari vellent.) quam ex æquitate naturali, quæ
non patitur, ut cuiquam fraus ac dolus suus pa-
trocinetur *l. 63. §. 7. f. proficio l. 4. §. 13 de dol. &*
met. except. cap. 8. Except. de relig. dom. Ti-
raquel. de utroque retr. §. 1. gl. 9. n. 68.

Thef. XLVII.

Sanctio, exhibet (*juxta l. 41. de pœnis §.*
sanctio 10. Inst. de Rer. divis.) primum *Constitu-
entes*; Deinde Constituentium voluntatem
atque sententiam, ac tertio, *sanctionem seu pœ-
nam*. Cum enim malum hoc & prava consue-
tudo altas in toto fere Imperio radices egisset:
Com-

Communi opera & concursu eradicatio suscipienda fuit. Itaque Imp. non tantum plenitudinem potestatis, sed & E. E. consilium hic denuo immorigeris ostendit, *v. sup. Eccl. th. 8. Et 34.* certamque scientiam & enixam perpetuandæ legis voluntatem. *Sententia* autem Imperatoris hæc est: Eum, qui sub falso schemate ad alias civitates transierit, nihil acturum, nisi larem ipse ibidem foverit & onera atque munera subvierit. *l. 7. C. de incol. l. 2. C. ubi Senat. vel Clariss.* Unde factum, ut hodieque commigrantes ex una civitate in aliam, non recipiantur, nec admittantur ad jus civitatis, antequam magistratus sui, sub quo hactenus vixerunt, literas testimoniales exhibeant, doceantque se ibi honeste vixisse & bona cum gratia discessisse. *Post Hering. Besold. in thes. pr. verb. Bürger § quibusdam in locis. Add. Gail. 2. Obs. 38. n. 8. Dan. Otto de I. P. c. 19. p. 64. vers. De communi tamen.*

Explan.

Eiusmodi cives, qui malitiosè in aliā civitatem se co-optari adscribique curant, ut ejusdem privilegiis & defensione fruantur, bona tamen, vel etiam immunitatem ac jus prioris civitatis salvum velint; non inepto vocabulo, licet hybrida referente originem, appellati fuere *Falsburgeri*, falsche Bürger: Sic enim malum us vocabulum antiquorum Phalburgerorum ex Germ. vel Latina origine interpretari, quam cum Limnæo *Obs. 6.* aliorum quidem opiniones rejicere; de cætero plane nihil dicere. *conf. Goldast. 1. Conf. Imper. in Ration. eosdem ex*

Fre-

Freherio falsos cives indigitat. Mager. de advocat. arm. c. 16. n. 137. Et sane derivatio ista notationi logicæ & grammaticæ convenientior videtur, quam ea quæ à För. vel Fouxbourg, quod suburbium denotat, arcessitur. v. Arum. 6. disc. concl. 12. p. 295. Besold. in thes. pr. in verb. Pfalzburger. Quod autem Limn. Obs. 2. p. 410. extra dubium ponit, quod quis duarum civitatum civis pleno jure esse queat, nec sanctioni huic congruit, nec l. 1. §. non licet 2. de Colleg. cum similib. Nec sententia veterum; Sic enim Cicero pro Cecinna in f. pro Balbo. in med. & alibi; disertis verbis testatur: Duarum civitatum nostro jure civili ci- vem esse neminem posse. Idque moribus fere omnium gentium receptum esse scribit. Jac. Curtius. tom 1. Coniect. lib. 3. cap. 45. Nec obſt. l. 7. l. 17. §. ult. ad Municip. l. 7. C. de Adopt. & similes. Distinguo enim (1) inter civem & municipem, (2) inter civem & incolam. Civis unius tantum Reip. quis esse potest; sed Municipis vel incola sub uno Principe, eo imprimis permittente, plurium municipiorum, ut scil. etiam ibi onera subeat, l. 22. §. 2. ad municip. quantum domicilium originis ex illis carere potest. d. l. 7. C. de adopt. Knipsch. lib. 2. de jurib. Ci- vit. cap. 29. num. 135. & seq.

Theſ. XLVIII.

Sanctio five pœna concernit & receptos & recipientes. Illorum contra hunc legis tenorem receptio omni caret firmitate, tam ex parte trans- euntium seu deserentium; Ut in nulla causa ci- vitatum illarum juribus gaudeant, cujuscunque conditionis sint, consuetudine vel privilegiis in contrarium non obstantibus, v. Th. 44. quam ex parte Dominorum deseritorum, quorum jura circa ejusmodi subditos eorumque bona ſempre ſalva manent. Receptores ſunt qui contra legis diſ-

dispositionem alienos subditos recipiunt, nec tamen eos infra mensem post denuntiationem factam dimittunt: Quibus poena dictatur, centum marcarum auri puri; & applicatur, pro medietate, Imperiali fisco, reliquum autem Dominis receptorum seu transtugarum. conf. l. 1. § 2. C. Vt. nem. ad suum Patron. fusc. rust. R. A. d. an. 1529. §. Wir auch Churfürsten 10. § de an. 1555. §. Es soll auch kein Stand. 23.

Expositio.

Poena Phalburgerorum (v. Limn. ad §. 2. Obs. 3.) hic quidem non exprimitur alia, quam annullatio illorum desiderii. Quia tamen Dominorum jura hic salva servata sunt, Conf. Buxtorf. tb. 9. lit. g. § b. facile conjicere licet, receptione annihiilata, Dominis prioribus jus multandi & puniendi reservatum esse. arg. l. 2. §. fin. ff. de judic. Nov. 17. c. 14. Cur autem ab Imp. certarum marcarum poena constituta, secus ac in præced. tit. (ubi decem librarum auri poena, in delinquentes constituitur,) inquirit Limnæus b. Observ. 2. & rationem diversitatis se non invenire ingenue fatetur. Respondemus, licet libra Romana, Græca, ac fortean etiam Gallica à marca differant; non tamen monetalis seu monetariorum, camporum & aurificum, qui marcam dicere saltem, quod Latini libram. Ita Carol. Molina tr. de mutat. monete p. m. 299. ubi tamen addit: quando de nummis & earum quantitate agitur, libram non denotare mensuralem, sed numeralem, Confer. Tileman. Friesi Münch. Spiegel lib. 2. c. 14. juncto lib. 4. c. 5. seqq. Covarruv. de Veter. Collat. munisim. c. 2. n. 4. Wurms. 1. Obs. pract. tit. 40. n. 1.

Valet autem marca auri juxta taxationem Cameræ 72. Goldgûlden; Jacob Aleman. Palest. Consult. Conf. 11. q. 1. par. 11.

p. 459. Qualis estimatio etiam habetur in l. 5. C. de susceptor. prepos. & arcat. (Diff. Choxies de re nummar. c. 11. pag. 71.) Juxta observantiam representatur Imperialibus 96. Notator. Rodungi lib. 3. tit. XI. p. 541. Quicquid sit; Carolo tamen nostro dica ideo scribenda non est, qui in opposito loco & de diverso delicto & de diverso subiecto loquutus est.

Thef. XLIX.

T. XVII.

*De Diffi-
dationibus.*

Denique & *cives singuli* inter se componendi sunt, eoque fine, merito improbantur illegitima illæ diffidationes, quibus civis civi fidem omnem & amicitiam renunciabat, & eum sibi diffidere sibique cavere jubebat ab eo, qui ipsi omnia extrema minabatur, incendia, spolia, rapinas, vitæ ac corporis persecutionem. *Magnif. Dn. Cancell. Tabor. Armament. Justin. c. 1. tb. 9. p. 205. P. F. Mindan. de Process. lib. 1. c. 25. n. 1.* Cum vero diffidatio alia illegitima & injusta sit, alia justa. *Mindan. d. l. hinc diversus hujus constitutionis effectus ostenditur, qui est vel primus vel ortus. Primus, aliis est prohibitus alias permissivus. l. 7. ff. de L. L. cap. 4. dist. 3. Prelandatus Dn. Tabor. in Colleg. Erothem. ad a. tit. q. 13. Prohibitus, est quando diffidatio intempestive fit ratione loci vel personæ. Ratione loci, quod iis in locis, ubi domicilia non habent, aut communiter ea non inhabitant, fac. l. 2. C. ubi Senat. vel Clariss. nec diffidatio instituenda,*

nec

nec ulla damna diffidatis inferenda: Ratione personæ ne diffidandorum sociis vel familiaribus fiant, hoc enim prætextu factæ diffidationis impio modo quempiam invadere justissime prohibutum. *Permissivus*, est ipsi diffidando personaliter, vel in loco quo habitare solebat, triduo ante assultum, ut defensione sibi prospicere possit, *Limn. ad §. 1. Obs. 4.* diffidatio publice intimeretur & legitimè prohibetur. *jung. R. I. de an. 1442.* *S. zum ersten. Carpz. D. F. Coroll. 4. n. 2.* Quod juris tum temporis erat, quando lites armis nostrates finire solebant, daß das Faust- oder Kolber-Recht im Schwang gieng. *Arum. disc. 6. concl. 16.*

Exhort.

Contra hunc morem graviter quidem differit *P. d. Andlo; I. 2. de Reg. Imp. R. G. c. 16.* Imp. autem vitium istud prava quidem, sed tamen longa consuetudine iradicatum, una vice extirpare haud valuerunt; itaque vim iniquitatis variis limitationibus & determinationibus coercere studuerunt. Postea vero eum deprehensum esset, diffidationes ejusmodi ita invalescere, ut nec limites nec moderationem ferrent, sed subinde pacem Reip. turbarent: Quin etiam pii cordatique viri deprehenderent, diffidationes eas toto genere iniquas esse, quodcumque tandem colore imbuantur, & juri divino atque humano saniori refragari; Ideo magis magisque improbare coeperunt. Et initio quidem per Imp. Maximilianum in *Comitiis Wormat.* an. 1495. Rubr. Der Königl. Landfriede §. Darauf haben wir als le offene Wehde und Bewahrung durch das ganze Reich aufgehoben und abgethan. v. Buxtorf. *ib. 100.* lit. H. § I. Arum. 6.

diss. 16. (Nec est ut quis cum Limn. ad §. 1. Obs. 6. arbitretur, Carolum V. in Ordinat. Crim. art. 129. dissidationes quasdam iterum permisisse: Cum enim in his diserte requirat consensum Imperatoris, Matth. Steph. ad d. art. 129. & finem defensionis privatæ supponat. Apparet dissidationem ibi diverso plane sensu usurpari, p. cum quis hostem dehortatur ab insultatione, fore alioquin ut se consensu Imperatoris pro virili ad extremum usque defendat, & illatam injuriam continuo ulciscendo propulset) Cæterum exorta per ministerium Divi Lutheri plethiore Evangelii luce, tandem, universum istud improbitatis schema & argumentum in Comitiis posterioribus partim ab ipso Carolo V. de an. 1548. Rubr. Kœfserl. Land-Gried tit. Aufhebung altert. Behd. & tit. 6. s. 1. partim à reliquis Impp. de an. 1555. §. Sehen dennach 6. item s. als sich dann auch 4. seq. & de an. 1495. §. dergleichen 40. profligatum est. Freber. ad P. de Andlo. c. 16. inf. ita ut in d. Recessu de an. 94. hoc etiam ad complices & scriptores literarum dissidioriarum extendatur v. Mindan. d. l. n. 5. Heig. 2. quæst. 32. n. 10. Merito itaque execrandi sunt, quicunque jus Justinianum & seqq. Imperatorum sublatum, inque ejus locum Cherronomiam, dissidationem ac barbaros majorum mores pro jure legitimo cupiunt in Rempublic. reduci. Infelix medicus Gessenius in prefat. tr. de reconciliatione Corsi, nec multo felicior Consiliarius Hagenus in Comitialogia Ratisbonensi: Qui post damnatum omne studium quod juri Romano impenditur, pag. 292. Tandem animi sui sententiam multis hodie imperitis & semipaganis hominibus, communem, retegit ac revelat pag. 266. §. 29. ibi: Das Haupt und Kolben-Recht wäre manchen Biedermann. (Cath o. scil. alicui) viel zuträglicher denn die Gerichte. Add. §. 31. § 32. ibid.

Thes. L.

Effectus ortus, est obligatio ad poenam infamiae & prodictionis, qua illegitime dissidentes à quo-

quocunque judice merito coercebantur, cum ejusmodi diffidatio, maxime limites præscriptos & in permissione definitos excedens, omnijuri & divino & humano repugnet, ac privatam ultionem, spreta Magistratus auctoritate, introducat. v.l. 14. C.de Judais l. 9. C.de O. & A. l. 13. ff. quod met. caus. l. 28. §. 10. & II. de pænis. Constit. Crim. Caroli V. de art. 129. diffidationi affines sunt *guerra*, quæ hic cum aliis injustis act. & exactionibus simul prohibentur & puniuntur. conf. R. I. de an. 1495. Rubr. Der Königl. Land-Friede §. als das item de an. 1548. Rubr. Räysers. Land-Fried. tit. 6. §. 3. Ord. Cam. par. 2. tit. 9. §. 3. R. I. de an. 1576. §. Weiters seynd wir 117. Capitul. Invictissimi Imperatoris nostri D. Leopold. art. 21. add. Buxtorf. sb. 9. lit. C. & D.

Expositio.

Guerre vocabulo barbaro, res *barbara*, turbæ sc. in Rempubl. ingestæ denotantur, ut ita non tantum bellum, quod Imperatoris nomine publice geritur, designetur; verum etiam quod privatus aliquis suscepit, cum suas inimicitias ac discordias persequitur. v.pr. tit. 14. b. 2. F. 28.pr. & s. 1. Arum. 6. disc. concl. 18. Ungep. ad Decret. de treuga & pace. n. 2. Originem autem duxisse videtur à gallico *guerre*, i. e. bellum, militia uti vox diffidationis à *differ*, vel *deffier*, provocare. Frid. Mind. 4. l. n. 1.

Thes. L.

t. XVIII. Spectavimus hactenus *partes A. B. principales in pales*: Sequuntur *declaratoria*; Quæ vel petitionis ad electionem ipsam, vel ad Electores. Ad electionem, quatenus de ea dispositum fuit *in tit.* i. dictumque in primis de convocatione Moguntini & comparatione coeterorum; Neenim per formularum controversias, ut fieri inter Magnates solet, tam necessarium Reip. munus, Electionis, differatur, ad exemplum & imitationem anteriorum Imperatorum, non designatus est Imperator Carolus IV. formulas certas, & ab omnibus Electoribus approbatas, posteritati relinquere *v. Hieron. Bignon. in prefat. form. Marculphi Arum. diff. 6. th. 22.* Praescribit autem formulam tum intimationis à Moguntino facienda, tum procuratorii ac coeteris Electoribus mittendi, si ipsimet comparere nequeant *v. Buxtorf. th. 22. lit. D.*

Thes. LII.

Formula literarum intimationis ad tit. I. §. auch sezen und Ordnen wir. v. th. 12. pertinens, exponitur *in b. tit. 18.* per causam tum subjectivam, tum formalem; *Subjectum*, est geminum, cui sc. intimatione facienda, Electori Brandeb. (qui exem-

exempli loco, tanquam ultimus tum temporis
in ordine Electorum, adducitur, ne ratione præ-
rogativæ aut ordinis, quædam stylī diversitas præ-
sumatur. *v. diff. Limn. b. Obs.* 4. tum quod intima-
re debet; Elector Moguntinus *d. §. tit. i.* & his
in verbis: *thun vir. Gail. i. O. 49.* & *so. n. i.*
Formale consideratur tam ex parte convocantis,
quam convocabandi: *Prius*, continet causam seu
indicationem imminentis electionis Regis R. *v.*
cap. 2. Ext. de Dilation. & citationem ad præ-
fatam electionem, *v. Carpz. diff. 2. feud. Coroll.*
s. n. s. segg. *Posteriorius* exhibet partim id quod
muneri electoralī conveniens est, partim id quod
ipsi minus convenit. Illud est comparatio &
deliberatio cum Coelectoribus de electione futu-
ri Regis R. *Ubi* consideratur & terminus, quan-
do vocatus comparere debeat; sc. infra trimestre
spatium à die intimationis computandum. *tit. i.*
d. §. cap. ne pro defectu. 41. Ext. de Elec. s. §. i.
f. quod vi aut clam. Et locus de quo in *ubio th.*
15. Minus convenit Electori detrectatio; & se in-
dignum reddit tanto munere ac tam opimo ju-
re, quis absentia, aut nuntio legali non misso;
cujus tamen ratio non habenda, sed nihilomi-
nus præsentes Electores ad Electionem procede-
re possunt, autoritate ipsarum legum intercessum.
tit.

(64.)

tit. i. §. und welcher. tit. 2. §. sio sie aber. l. 7. §. 2.
ff. quod univers. non. Carpzov. d. Coroll. 5. n. 12,
seqq. Becker. de I. P. c. 3. n. 7.

Enthousias.

Imperfecta hæc formula proclamatatur ab observatore Obs.
2. inf. & Observ. 5. (1) ex eo, quod inscriptionis & subscriptio-
nis solennitatibus careat; (2) quia mortis Imperatoris nulla hic
fiat mentio. Verum, prius quod attinet, otiosa reprehensio ex-
inde videtur, quod intimatio, per nuncios ipsius Archi-Can-
cellarii, literis patentibus insinuanda erat *tir.* i. §. auch segen
und ordnen wie in verbis und offenen Briefen; & §. Und welcher
Churfürst. Buxtorf. tb. 12 sequ. Dan. Otto de I. P. cap. 10. p. 239.
Perfectam autem nec vitiosam formulam esse, constat tum ex
requisitis monitorialium seu citationum à Gailio i. Obs. 48. n.
5. & Obs. seqq. ab ipso Dn. Limn. Obs. i. adductis; tum ex for-
mula ipsa quam ex Goldasto part. i. Const. Imper. Limn. Obs.
3. producit, quæ & inscriptione & curiaib[us] æque ac superi-
or caret, nisi quod ibi sigillum adjectum sit, quod tamen
Imperator jam supra in *tir.* i. d. d. §. §. præscriperat, ita ut il-
lud operose hic repetere frustraneum fuisset. Ad posterius
respondemus, arenoso id niti fundamento, quasi electio Re-
gis R. tantum mortuo Imperatore suscipienda sit, contrarium
enim in ἔκθεσι tb. 13. probavimus, quod hic per verba ex ra-
tionalibus causis item in tit. seq. pr. corroboratur, add. Coll. Gieff.
i. D. 2. tb. 23. lit. B,

Thef. LIII.

Formula procuratorii qua se absentium
E. E. nuncii v. tit. 25. §. fin. ad tantum actum legi-
timare, ut loquuntur, debent juxta præscriptum
A. B. tit. i. §. 21. hic exponitur per causas & ef-
fectus,

(65.)

fectus. *Causa*, in ejusmodi literis p̄otissimum consideranda, tum subjectiva, tum objectiva. *l. 65. ff. de procur.* Illa exhibet nomen & constitutentis, & procuratoris constituti. *Wesemb. in n. d. t. n. 7.* Constituens est Elector, qui ne temere constituere videatur, exprimit simul causam constitutionis, petitam tam ex imminente eligendi Regis Rom. necessitate, quam ex officio electoraliter ac sollicitudine, honoris & Status S. Imperii conservandi. *tit. 3. tit. 7. tit. 12. pr.* Constitutus est is, qui ob singularem, fidem & industriam *v.l.un. §. 1. f. d. offic. pref. præt.* legitimus ac specialis procurator ordinatur, & vel unus vel plures, in solidum tamen, constituuntur, *cap. si duo. 6. de procur.* *in 6. Ungep. ad decret. d. t. n. 24. seq. Carpz. 1. diss. F. Cor. 4. n. 7. seqq.* *Objectum*, seu actus sunt vel speciales vel generales; Piores seu speciales, concernunt & electionem & personam eligentem. Illæ, vel antecedunt electionem; deliberatio sc. cum Coelectoribus de persona habili in Regem R. eligenda. *v. tit. 2. pro E. §. 1. Arist. 5. Pol. 9.* vel eam concomitantur, concernentes tam eligendum; (sc. ejus nominatio ac in Regem R. promoto.) quam Electorem principalem; Juramenti debiti in ipsius animam depositio. *v. tit. 2. h. Ord. Cam. par. 1. tit. 66. seq. l. 42. §. 2. ff. de jur.*

I

jur.

Jur. Dn. Hahn. in Obs. d. t. n. 9. p. 811. Ad personam eligentem vicariam, spectat facultas alios & substituendi & revocandi. *fac. l. 8. §. 2. ff. mand. cap. 1 de procur. in 6. inf. Perez. ad Cod. d. t. n. 7.* Posteriores continent clausulam generalem, omnia reliqua agendi, quæ ipse præsens Elector facere posset, *cap. 4. d. t. Effectus*, est ratihabitio totius negotii, quod à procuratore vel ipsius substituto actum aut ordinatum est. *Conf. Wesenb. in parat. d. tit. de procurat. n. 6. E seq.*

Expositio.

Vox procuratoris hic non sumitur naturaliter, vel juridice, sed politice magis, pro legato quodam, vel nuntio cum dignitate & potestate tractandi coniuncto. *v. tit. 25. §. fin. b. add. C. I. A. tit. de procurat. n. 2.* quomodo & legati Pontificis, nuntii Apostolici appellantur. *C. super gentes un. Extravag. Commun. de Consuetud.* Ejusmodi autem allegatus, cum plena libera & omnimoda potestate instrutus esse debeat, *tit. 1. §. auch segen & §. Und welcher, item tit. 18. ibi mit ganzer vollen Gewalt mandatum speciale, ad personam eligendam, ipsi dari non posse videbatur. Limn. ad Dan. Otton. de I. P. cap. 10. p. 248. Wurms. Exerc. 2. I. P. qu. 5.* Distinctione autem res decidi posse videtur, si nimirum discerratur inter mandatum patens seu publicum : & secretum seu instructionem privatam. Illud der Thürfürstliche förmliche Gewalt-Brief contiene formulam manus liberæ, ibi : ad concludendum de persona quacunque habili & idonea in R. R. eligendi, &c. *tit. 19. b. Instructioni autem privatæ, speciale mandatum & directivum includi potest Magnif. Dn. Cancellar. Tabor. in Colleg. publ. ad D. Otton. d. l. add. cap. si quis 41. vers. porro de Elef. in 6. ipse Dn. Limn. b. Obs. 6. vers. licere vero, &c.*

Theſ.

Thes. LIV.

Et hæ declarationes quidem ad actum electionis pertinent; Reliqui autem tituli *ad E.E. tum Principatus, tum Personas ipsas.* Cum enim supra tit. 7. §. 2. dictum fuerit, jus eligerdi competere E.E. virtute suorum Principatum, quemadmodum & alias feuda quædam connectam dignitatem & nobilitandi vim habent. *Vul-tej. lib. 1. feud c. 8. n. 16. Joan. de S. Georg. in præ-lusd. feud. n. 70. p. 16. Joh. Thilem. de benign decis. Cam. 2. vot. 2. n. 18. seqq.* Ideo declaratur iam horum Principatum porro *conditio* & qualitas, tam theoretice quam practice. *Theoretice*, quod scil. cum omnibus Electoriis dignitatibus ac juribus, adeo inseparabiliter uniti sunt, ut hæc in alium cadere non possint, præter illum, qui Principatum ipsum vere ac realiter poscidere cognoscitur; Ne officium seu summa Electoralis dignitas sit sine redditu, nec redditus Electoralis sine dignitate. *Arum. disc. 6. concl. 27. Carpz. D. F. 8. Coroll. 1. n. 8. Et seqq.*

Expositio.

Dicitur *virtute Principatum*; i. e. ratione vi & respectu. Hac enim phrasi Imper. in tit. 7. § 20. b. isto sensu uti, recte observavit *Dn. Limn. b. Obs. 3.* nominis rationem non attulit. Notandum ergo, ejus ævi scriptores virtutis vocab.

synonymice pro vi usurpare, forsitan occasione illius dicti Ciceron. de Fin. *virtus est vis illa, qua res, cuius est virtus, perfecta redditur*, ita enim in Legibus Salicis tit. 14. L. 13, habet; qui cum ingenua puella per virtutem marchata fuerit; & in L. L. Alemannorum tit. 5. L. 2. si raptor per virtutem res alienas in Ecclesia depositas, de Ecclesia abstulerit. Ge. Multo potius ergo vis licita vocabulo virtutis describitur, ad tit. 2. §. Et quia ibi: *virtute S. Imperit.*

Theſ. LV.

Prætice, iterum vel præceptive vel prohibitive, v. l. 2. inf. §. de L. L. *Præceptive*, tam ratione jurium quam ratione personarum. Ratione jurium, quod unusquisque Principatum Electoralium cum jure ac voce electionis, officio, ceterisque dignitatibus & juribus unitus, indivisibiliter perpetuo esse ac perseverare debeat. *Conf. Ulster. d. c. 8. l. 1. de feud.* n. 72. Rosenth. *de feud. c. 9. cl. 55. n. 1. ibique Gloss. Gail. 2. O. 153. n. 2. inf.* Ratione personarum, quod hæc omnia corundemque annexa, solum possessorem legitimum arg. l. 7. C. de acquir. Et retin. poss. sequantur, ita ut possessor eiuslibet Principatus, quieta & libera possessione gaudere, Princeps El. ab omnibus reputari, atque ad conventus seu actus Electorales assumi debeat, absque ulla contractione. Reink. l. 1 cl. 4. c. 7. n. 1. Colleg. Gieff. 1. D. 7. th. 22. lit. B. *Prohibitive*, ne vel extra, vel in iudicio

dicio aliquid premisi orum separetur. Judicium autem consideratur *vel ut instituendum*; & tum divisionem petens omnino repellendus, *vel ut institutum*, si per errorem forsan processus institutus, aut sententia contra hanc dispositionem publicata fuerit; ut ea omnia viribus careant nec subsistant.

Exhunc.

Hunc articulum Regni Bohemiarum Directores Anno 1619: in thesi quidem recte allegarunt; vid. *Theat. Europeum par. 1. in an. 1619. p. 181. §. vors* andere. Sed perperam eum ad casum, qui pre manibus erat, applicarunt. Siquidem ipsi quidem erant invasores Regni, non justi & legitimi possessores: Ferdinandus II. possessionem Regni per Symbola coronatio his accepit, utcunque Regimen ipsum ad mottem usque Matthiae Imp. fuisse suspensum. Siquidem per coronam Regni, regnum ipsum solet designari. v. *M. Freber. in not. ad P. de Andlo. lib. 2. c. 6. verb. Imperial. diadema. p. 181.* Alter in *theatr. Europ. d. par. 1. p. 182. §. Zum dritten wird durch Leistung des Juraments die Androhung oder apprehensio possessionis territorii [§] omnium iurium territorialium erwiesen. Conf. ius publ. Gies. th. 2. D. 7. 22. lit. B.*

Thes. LVI.

Quod perfonas Principum E.E. attinet, *T. XXI. De declaratur ipsorum dignitas & officium, tum communiter in processione in publicum, tum singulariter in negotio benedictionis: Illud tam Ordine proceſſio- quoad Ecclesiasticos, quam quoad Seculares. De nis inter A. Episc.*

Ecclesiasticis proponitur & ratio constitutionis & constitutio ipsa. Ratio seu causa; est ut omnium litium & suspicionum mala; quæ circa processionem suboriri possint, amputentur: Quoad constitutionem, interest, an Imper. vel Rex Rom. procedat absque insigniis Imperialibus seu Regalibus, vel cum ornamenti illis. *Hoc casu,* Elector Trevirensis solus Imperatorem antecedit, nemine alio intermedio, (ex Ecclesiasticis scil.) præter eos qui insignia Imperialia ante faciem Imperatoris gestant, ut olim fasces & securis Imperii insignia consularibus præferebantur, l. 2. pr. ff. de his qui not. infam. l. 14. de off. Procons. ibique Perez. ad Cod. n. 5. Gothofr. ad l. 1. §. 5. ff. de postul. lit. h. Anton. Thys. ad Salust. in bell. Catill. p. m. 47. Illo vero casu, cum Imperator absque insigniis Imperii procedit, Trevirensis Imperatorem immediate antecedit, coeteri autem EE. Ecclesiastici ordinantur juxta distinctionem provinciarum suarum & privilegia supra tit. 3. §. 2. & tit. 4. §. 1. indicata: Itemque juxta varietatem locorum, ubi processio instituitur, scil. Moguntinus in sua diœcesi & provincia, itemq[ue] vigore Archi-Cancellariatus Germ. dextrum latus per totam Germaniam occupat, solo districtu & diœcesi Coloniensi excepta, uti

Colo-

(71.)
Coloniensi latus dextrum relinquitur. *Limn.*
Observat. 4. § 6.

Expositio.

Licet antea dictum fuerat, quæ ordine E E. stare & sedere debeant d. tit. 3. § 4. vid. sup. tb. 21. Quia tamen circa præcedentiam & prioritatem sessionum, in curiis etiam Imperialibus, concertationes ac lites, quæ & belli & pacis tempore periculosisimæ sunt, Conf. R. I. de ann. 1603. §. Det in dem H. R. nach unterledigter Session Streithalben: 66. seq. R. I. de ann. 1641. §. als sich auch 96. suboriri possunt, ideo de iis quodque tacticis constitutionibus fuit providendum: Et quidem cum minus congruum foret, tantos Principes more Aulicorum in turba Imperatorem antecedere, & cum magna cœlia arte, eum veluti provolvi: Ideo ordo certus & Ecclesiasticis & Secularibus propositus est. vid. tit. seq. pr. Carpz. D. feud. 8. Coll. 3. n. 9. seqq.

Thef. LVII.

Quod *Seculares* attinet, declaratur ipsorum T. XX. De processio in celebratione Imperialis curiæ; ratio-
ne & *Objecti*, seu actuum quorumcunque in
quibus E E. cum Imperatore seu Rege Rom.
ambulant ac insignia portant, & ratione perso-
narum singularium; Scil. Dux Saxonie Impe-
ratorem cum ense evaginato immediate præce-
dere jubetur, & inter Trevirensem atque Imper-
atorem mediis incedere, quasi *Imperatoris Ma-
iestatem immediate gladio & ostensurus & de-
fensu-*

ordine pro-
cessi. Prin-
cip. E E.

(72.)

fensurus conf. P. Fabr. i. Semes c. 3. ubi & Papin.
hæc protert:

*Nec vulgare genus, summamq; curulem.
Frater & Ausonius enses mandat aque fidus
Signa tulit.*

Medius inquam sed non solus , siquidem illi à dextro latere adhæret Comes Palatinus cum pomō Imperiali, universale orbis R. Imperium denotante. l. 9. ff. ad L. Rhod. junc. l. 1. D. d. Offic. præf. prat. Afr. l. 17. ff. de Stat. hom. & Marchio Brandeb. à sinistro latere sceptrum, Regia dignitatis signum, præferens, Arum. disc. 6. th. 29. Dn. Schütz. vol. i. I. P. D. 7. th. 24. lit. D. tum Rex Bohemiæ Imperatorem immediate sequi jubetur ; agmen autem claudunt Moguntinus & Coloniensis.

Exibit.

Cæterum quatenus ista mutata sint, post octavum Electoratum introductum, ex aliis adscriptis D. Linth. ad cap. 4. §. Obs. 9. clarius autem patetbunt ex nupera relatione Autoris Diarii, qui in an. 1658, primo repræsentat typum, quo ordine Electores processerint ad Electionem, p. 871. seqq. deinde quomodo processerint ad actum coronationis, p. 940. & denique post peractam coronationem quemadmodum ad celebrandam curiam perrexerint. p. 946. Enimvero de universo isto procedendi ordine, conventione Electorali provisum est an. 1654. sub tit. Des Thuesfürst. Collegii conclusum Dero Session und precedenz betreffend ubi in §. Da aber die insignia, etiam deci-

deciditur ille casus, quem Dn. Limn. hic indecimum esse queritur, quando scil. Imperatori insignia non præferuntur; quo concluso cum A. B. declaretur, pleraque controversiæ hodie sumpitæ videntur,

Thef. LIX.

Denique de *benedictione* quoque dicendum est: Cujus inter E.E. Ecclesiasticos & ordo ostenditur, & modus servandus seu ceremonia; *Ordo* & locum functionis, & functionem ipsam exhibet: locus functionis peragendæ est tum Ecclesia, in qua Episcopi Imperatori benedicunt; tum extra Ecclesiam, mensa Imperatoris solennis: Functionis subordinatio seu taxis, pendet à tempore impetratae consecrationis. Licet enim alias jura E.E. Ecclesiasticorum secularia demum ab investitura incipient, nec Imperator quenquam Episcoporum Principis titulo compellat, antequam investituram acceperit: vi Notit. au-
la Imper. Ferdin. II. p. 54. Jura tamen Episcopalia & Sacra à consecrationis momento computantur. Cap. nosti. 9. & C. nihil. 44. §. ut sic de-
mum. Cap. 17. de Elect. cap. avaritiae 5. eod. in
6. Cap. nisi. 3. de aut. & us. Pall. Dan. Otto.
de I. P. c. 18. p. 580. Ungep. ad Decret. d. tit. de
Elect. n. 46. seqq. Cum enim considerentur vel
ut Principes Imperii, quales fiunt per investitu-

K ram

ram Cæsaream, vel ut Sacerdotes seu ArchiEpi-
scopi, quales fiunt à Canonicis per Electionem
& subsequentem confirmationem atque consec-
rationem per d. text. &c. 44. Ext. de Elect.
c. 44. Eod. in 6. Inde etiam diversa jura exerce-
re possunt. Confer. Reink. de R. S.E. i.cl. 4 c. 7.
n. 5. Buxtorf. th. 28. vers. cum vero. Ceremonia
& modus peragendæ functionis, dirigitur per
convenientem & charitativam invitationem seu
delationem, alteri inclinatione capit is factam, an-
tequam hoc officium subeat, eo fine, ut aliis
exemplum præbeant semet invicem honorandi.
Arum. dis. 6. th. 30. Et hæc omnia comprehen-
duntur generali vocabulo *benedictionis*; quia
scil. in Ecclesia & ad mensam præcipua Episco-
porum functio in benedictione consistit. *v. Stu-
ckium lib. 2. antiq. Conviv. c. 36. imprimis p. 281.
vers. Hoc autem precandi.*

Exhort.

Hæc informatio moralis, non sine causa adjecta fuit, cum
eo tempore totum clerum corruptum fuisse, & reformatione
Imperatoris opus habuisse Aventinus, Cuspianus & alii histo-
rici testentur, imprimis *Mutius lib. 25. Hist. Germ.* narrat; Im-
peratorem Moguntinum moquisse, ut cléri mores reformateret:
Siquidem stare diu non posset, quod non obiret functio-
nes suas à D E O & natura institutas. Quæ narratio-
nes & admonitiones verissimæ sunt, licet Bzvio in sua
contî-

continuat. Baroniana sub an. 1357. minus placeant. Cœterum reliqua, quæ de Missa, confessione, porrectione Evangelii oscu- landi, pace post Agnus DEI, (sc. cantatum) portanda in pr. tit. obiter recensentur ex Auguſt. Barb. de officio pastorali. item ex tr. Graffi & Candii de offic. jure & potest. Episcop. fatagentes possunt declarare.

Atque hæc de prima A. B. parte Noribergica, pro ratio- ne temporis, (per cuius angustiam exactiorem limam semper adhibere non licuit) & instituti nostri, dicta sufficient. Se- queretur nunc altera pars A. B. nempe Metensis. Verum cum ea peculiarem dissertationem requirat, atque nos etiam alia, causa iam avocet, partem hanc alii, secundum placitum Magnifici Excellentissimi Dn. Præsidis discur- tiendam relinquimus.

DEO Trinunini Sit Laus & Gloria !



ADDITIONALMEN TVM.

Quest. An iusjurandum necessarium , seu quod judex inopia probationum defert, possit referri ?

A. Glossa in l. 12. §. 1. C. de Reb. Cred. & jurejur. Idem sentit Pacius in anal. C. d. t. n. 18. & 19. Cujus & generalis locutio & exceptio specialis n. 4. hanc sententiam fovere vide- tur. Clarius autem multo affirmativam succollat C. I. A. tb. 11. n. 7, itemque tb. 16. num. 3. tb. 17. & 18. per l. 12. §. 1. 4. & fin. C. b. t. Cui subscriptit Bitsch. in disp. solenni de jurej. tb. 36.

N. Donellus de jurej. c. 13. n. 2. & 24. com. 20. ubi d. l. 12. §. 1. testringit ad juramentum à parte delatum. Alii putant, dictum locum de jurej. judiciali accipiendum esse. Ummius

D. 14. n. 95. Setser. 4. de juram. c. 6. Wesenb. b. n. 10. Cujac. ad l. 9. § b. Treutl. 1. D. 21. tb. 10. Berlich. 1. concl. 53. n. 66. ubi Donelli locum è commentario adductum laudat, proque ea sententia præclare facit. C. ult. Ext. de jurej. l. 6. §. 4. vers. Sicubi. C. de bis qui ad Eccles. add. Berlich. cum allegat. 1. Concl. 53. num. 66. Hunnius ad Treutl. ibid. per rationem: Quia relatio fiat ei, qui detulit: At judici deferenti referri nequeat. E. plane locum non habere relationem. Hanc rationem illustrat & sequitur Perez. in π. C. n. 25. ibi: Nec enim juramentum hoc necessarium referri potest, neque judici neque adversario. Non adversario, quia adversarius jusjurandum non detulit; non etiam judici, quia de re judicis non agitur. Tuldén: in Cod. eod. num. 6. Venatorius in anal. jur. Pontif. lib. 2. tit. 24. p. 374. Ubi ait D. d. communiter ita docere. Facit aperte d. C. ult. de jurejur. Quem textum tamen A. Barbosa ad actionem famosam restringit in Collectan. ad n. 1.

Distinguit Bach. ad
Tr. d. loc. p. 827. ut
intervit, an judex
deferat juramen-
tum.

{ Ad supplendas probationes, ut tum
relationi locus non sit: persationem:
quod deferri juramentum tum demum
dicatur, si referatur ei qui detulit.

In casu æqualium probationum, ut hoc
demum casu relationis quædam species
locum habeat, & parti in adversarium,
juramentum rejiciendi facultas compe-
tit. l. 12. §. 1. C. b.

F I N I S.

• 8 (o) 50

PARS



PARS EPITOMES ALTERA.

ad Partem

AUREÆ BULLÆ

posteriorem,

CONSTITUTIONIS METENSIS.

Dicitum est Aureæ Bullæ partem pri-
mam confectam & promulgatam
fuisse sub initium anni 1356. reliquam
autem partem discutiendam reserva-
tam fuisse Comitiis Electoralibus,
quaæ sub finem ejusdem anni in urbe Metensi
celebrata sunt, prout convenerat, & constituerat
tit. 12. §. 2. licet intervenientia negotia menses de-
finitos excepérint. Occasionem autem dedisse
videntur huic amplificationi ipsi Electores. siqui-
dem si rem ritè aestimemus, tota Legislatio sub-
sequens potissimum ad Electores & eorum li-
beros pertinet, quemadmodum & epicresis tan-
tum Electorum, non & aliorum Principum me-
minit.

K 3

Ad

Ad Electores quæ pertinent constitutiones,
distingui posunt in principales & accessorias.

Principales concernunt Electorum tum Perso-

T. XXIV. nas tum Principatum, Personarum consulunt se-
De Electro-
rum securi-
tate. curitati & inviolabilitati, in Tit. 24. Cujus inspi-
cienda est & *in scriptio* & *summa*.

In *Inscriptione* non loquitur ipse Imperator, sed Secreta-
rius vel Cancellarius, qui novum huic parti Titulum seu ru-
bricam voluit præfigere, quanquam à Bzorio in anno 1356. in
ipso textu serio referatur. Exponit autem Autor *rubrice* &
Legislatorem & ejus *Parastatas*. Legislatoris, inquam, & no-
men, & circumstantias loci & temporis. Legislator est Caro-
lus IV. Imperator & Bohemia Rex. Licet enim omnes istæ
leges ex consilio & consensu Electorum perinde ut inferiores par-
tes latæ sint, honor tamen promulgationis meritò capiti im-
putatur. *Locus* est curia Metensis seu civitatis Methz, à Me-
thio, Romano sic dictæ, in medio sitæ, quæ tum adhuc Im-
perio parebat, anno 1552. per astum ab Henrico II. Galliæ
Rege intercepta & Imperio ademta; quæ de te cùm deinceps
in Comitiis sibi actum fuisset, pacificatione tandem West-
phalicâ confirmationem universalem impetravit anno 1648. v.
Limn. d. j. P. C. 7. c. 12. *Tempus* publicationis est ipse dies
Christi natalis: Licet enim festo ejusmodi die non sit fas ne-
gotia tractare civilia, non tamen prohibitum est, ea perage-
re, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, & in primis quæ ad sa-
lutem publicam pertinent, l. 8. C. d. feriis. Ubi v. Wes. in π.
f. n. 5. Parastate fuerunt commembra Statuum Principalium,
tum Electores tum extranei: Legatus Pontificis & Regis
Franciæ Primogenitus. Dicuntur autem hac in re Electores
Imperatori adstississe, non tantum ministerialiter, (Sic enim
haud dubiè alii quoque Principes & Status Comitiis istis in-
terfuerunt;) sed cooperative, utihabetur in proœmiō ibi: *affiden-*
tibus

tibus omnibus Principibus maturâ deliberatione previd. Legatus Pontificis fuit venerabilis in Christo Pater T. C. i. e. Theodoricus: sic enim explicat Bzovius in anno 1357. n. 5. Episcopus Albanensis & S. R. E. Cardinalis, ut adeò Cuspin. ap. Limn. obs. 7. malè & per errorem Thbusculanum Cardinalem substituerit. Regis Gallie Primogenitus fuit Carolus. Nec obstat, quod Obs. 11. objicitur: duos Regis Johannis filios Imperatori adfuisse. Scendum enim est ex historiâ istius temporis, Pontificem binos Cardinales ad Carolum IV. destinâsse. Primum Thbusculanum, propriè ad eum destitutum, deinde Cardinalem Petracovicenum ad Angliæ Regem Eduardum missum, ut pro Johanne Galliæ Rege, in conflictu eo anno captô intercederet. v. El. Reusner. in Genealog. Basilicis, stirpis Witikindex. p. 329. Is ergo Comitem Carolum Delphinum ac fortè etiam Ludovicum Valesum secum assunxit, ut ex itinere ad Carolum Digressus, eum, qui justus erat, diligentius hortaretur, ut autoritate suâ liberationem Galli apud Anglum procuraret. v. Bzovius anno 1357. n. 10. & anno 1358. n. 1. seqq. Unde apparebit Carolum apud amitinum diutius substituisse quare ejus quoque hic potissimum sit mentio.

§. 1. Agit autem hic Titulus de securitate Electorum, qui muniuntur applicatione L. julie Majest. Ut enim Arcadius & Honorius anno Chriſti 397. hoc pacto Consiliariis suis & amicis cavendum esse consuerunt: L. 5. C. ad L. jul. Maj. ita Carolus IV. intimis suis Consiliariis eadem voluit prudentiâ propicere, egregio arguento: quantum juri Romano & in Rep. regenda tribuendum sit; ideoque & Pontifices hoc Consilium imitati sunt, hōcque Clypeo Cardinalium suorum securitatem communiverunt; in primis Bonifac. VIII. in cap. felicis. §. d. penit in 6. Agit autem de crimine, tum de ejus coercitione, & ex adverso premio eorum, qui se huic criminis opposuerunt. Crimen consideratur tum ut attentatum, tum ut perfectum. Attentatum est conspiratio vel conjuratio in necem vel singulorum Electorum. v. Jacob. Goth. in hist. d. l. 5. c. 8. Perfectum

sum est ipse effectus trucidationis, qui tanquam abominabilis & multò magis punibilis, paucis saltē verbis attingitur, additā ratione, quia co[n]atus ipse LL. juliis notatus sit, itaque tantò minus de perpetrato scelere dubitandum. Licet enim Electores Majestatem non habeant, adeoque crimen perduellionis propriè in eos non committatur; committitur tamen per imputationem & respectu effectus. v. Gothof. d. l. c. 13. p. 65. item c. 7. ubi crimen factitum seu quasi perduellionem appellat. Pœna exponitur tum ratione ipsius rei, tum ratione personarum conjunctarum. Res pœnam sustinebit & corporalem, ut gladio feriatur, & realem, ut bonorum confiscationem sustineat. b. S. pr. C. ad L. jul. Majest. Personæ conjunctæ sunt filii & ceteri cognati. Filii olim etiam cum Patre trucidabantur. v. Limn. Obs. 12. & 14. Christiani verò Imperatores benigniorem & medianam viam ingressi sunt, quâ tamen Reip. consuleretur, ne à filiis ultionem meditantibus similes aliquando turba metuendæ sint, adeoque misericordia tempestiva in crudelitatem respectu Reip. cedat. dist. 25. c. ult. Quemadmodum suo exemplo est expertus Jacobus IV. Angliaz Rex. ap. jansenum. Anglicar. hist. p. 771. Ceterique Reges Angliaz, qui precariam animam vitamque inter suos duxerunt; siquidem ut Iacobus tradidit, inter gloriz ornamenti ducunt majores babuiſſe aut magnarum conjurationum Daces aut consicos, in Lib. 125. inf. ut adeo hīc usurpare possimus cap. 23. d. R. I. in 6. & dicere: casum necessitatis & securitatis publicæ, quod legem hanc exegit, facile eam, quæ subesse videtur, asperitatem, excusare. v. Jac. Gothof. ad l. 5. c. 16. p. 84. Bachov. 2. D. Tr. 32. tb. 1. tit. a. inf. Salva itaque filiis vita ea tantum ipsis adjimuntur, quibus noxii aliquando possint esse, praesidia, honor & pecunia: nam & ab omni successione excluduntur, & ad nulla sacramenta aspirare audent, nempe functionum non tantum militarium, uti Limn. tradit, Obs. 24. Sed & togatarum, quæ sanè honore non vacant. Dissent. Grotius, laudatus Bæclero in Tacit, 1. ann. 12. annot. Polit. 5.

§. 2. De aliis cognatis primūm in genere edicitur, neminem pro reo tali intercedere sub poena infamiz, quod & Henricus IV. Galliz Rex 1501. Legatis respondit, ut est apud Daubingium. *Hist. univers. Lib. 5. c. 4. p. 86.* Id vero durissimum esse pronunciat *Scipio Gentilis, Lib. 1. d. conjurat. p. 91.* & tantum inter errorem scriptum arbitratur. *p. 93.* Enimvero ut in crimen excepto communes regulz non valent, ita magna ratio suasit, abstinere cognatos, ne ad intempestivam misericordiam cum damno Reip. exercendam insurgant, & si duries quædam subest, notari potest, in lege ferendâ, non amplius in latâ, ad hujus enim præscriptum, si quis se componat, non habebit, quod de durius conqueratur, quemadmodum in LL. saltuariis itemque venatoris & furtis proditis dicere solemus.

§. 3. Deinde in specie cæteras necessitudines aggreditur, nempe & filiarum & conjugum & familiarum. *Filiabz* indicatur poena mitior, quia nempe propter sexus imbecillitatem minus ausuræ creduntur. A paternâ quidem successione, quippe jam Fisco assignata, planè excluduntur. Ex maternâ autem hereditate Legitimam, i. e. partem ejus portionis, quam ab intestato habituræ essent, accipiunt, quæ *Falcidia* non tantum istò loco; sed & alibi vocatur in l. 8. §. unde. d. inoff. test. l. 31. C. ibid. adhuc *Constit. Rom. Imper. ad L. F. 43. 2.*

§. 4. Et hæc de liberis in potestate positis: Cæterum ne melior sit conditio liberorum emancipatorum, in quibus eadem ultioris cupiditas metuenda est, porrigitur poena etiam ad Liberos emancipatos. §. 4. additâ limitatione LL. solitâ, ut tantum illigantur emancipationes, quæ post legem hanc latam sive ante sive post crimen perpetratum factæ fuerint: Legum enim virtus non in præteritum, sed in futurum porrigitur; prout *Scipio Gent. d. l. p. 110.* monet.

§. 5. Eodem modò & fine nullantur dotes, donatio-nes & quævis alienationes, veluti, venditiones, solutiones, post consilium conjunctionis cæptum factæ; quasi ab eo momento

bona Rei Fisco in hoc crimine affecta sint. *Scipio Gent.* p. 111. &c. 116. d. l. unde componi possunt dissensiones. v. *Limn.* ad b. f. Obs. 1.

§. 6. Hactenus de liberis. Videamus etiam quæ de *Uxoribus* constituantur, & hæ quidem per se nullas, in corpore, neque in bonis pœnas patiuntur; Sed etiam sua quæ sunt recipiunt, & dotem & donationem propter nuptias capiunt, *Nov.* 134. §. ult. quia in ista id juris est, ut si mulieres ad secunda vota transeant, tunc usum fructum retineant, servatâ liberis proprietate, *I. fœm. 3. C. cl. sec. Nupt.* & in hoc criminе locum liberorum subintrant, filiabus legitimâ duntaxat relietâ, ratio: cur hic servetur regula: *Ne uxor pro marito, quæ in filio negligitur, est, quia à sexu imbelli bella & motus non sunt metuendi.*

§. 7. Et hæc de reis Principalibus & eorum necessitudine. Porro declaratur, quid circa *Satellites*, consciros, & ministros observandum. Considerantur hi vel ut in scelere perseverantes, vel ut pœnitentes: *Impenitentes* & eorum filios eadem manet ultio, quæ reos principales, siquidem sine administris scelerum tam magna crima suscipi non possent, quales sunt 1. *Satellites*, i. e. milites. 2. *milites* i. e. executores & adjutores sceleris. 3. *consciis*, i. e. qui consilio suo & voto factiōnem juvant, v. *Jac. Goth.* d. l. c. 9. quanquam aliis rectius placeat, consciros hic latius accipiendos, ut reticentia etiam peccatum sit, per notata *Scip. Gentil. Lib. 1. d. conjur. c. 9* p. 131. & quæ superioribus annis in causa *Thuani* latius ventilata sunt. *Pœnitentes* sunt vel statim in exordio seu initiō factiōnis, vel deinceps. Illi si consilia factiōna manifestent, præmia & honores iis promittuntur, quæ præmia olim etiam certa fuerunt. v. *Scip. Gentil.* d. l. 1. p. 146. & 153. Licet enim sub Tyrannide improbi delatores in abominatione omnium bonorum fuerint; quomodo accipi potest *Tacitus*, 4 *ann. 32. v. 5.* & nemo in isto crimine ad *inscriptionis* periculum adstringatur, pœnitentia tamen & revelatio merito laudatur; & præmiis invitatatur. v. *Limn.*

Obs.

Obs. 3. Postiores, qui factione jam usi sunt, i. e. nomen factioni dederunt, factionem tamen deserunt; vel *antequam illa patefiat*, vel *postea demum*. *Priori* quidem *casu nullum præmum* repositant, cum factionem subeundo crimen ipso jure incurserint, v. *L. ult. C. ad L. Jul. Maj.*, à pœnâ tamen liberantur eô fine, ut vel sic eâ benignitate aliqui ad patefaciendum *conjuraciones* invitentur. *Scip. Gent. d. l. conf. historias Levini* in *conjunctione Britannicâ*. Postquam autem aliunde patefacta fuerint *conjunctionis arcana*, nihil juvat sera pœnitentia, arg. *l. 6. d. pœn.* Hæc de crimine & pœna. Denique (in vers. statuimus.) subjicitur *ampliatio gemina*, quarum prior spectat reum in reatu mortuum, posterior reum ante mortem nondum factum, sed post mortem demum detectum, hanc enim distinctionem manifestò nobis injungunt diversa vocabula sub verbo inchoandi accusationem: ad quam accusationem qui non attendunt, per injuriam Imperatori diversum adscribunt. v. *Limn. ad §. 9. Obs. 1.* Est autem *instaurare crimen* propriè crimen suscepsum, & quadantenus intermissum aut interruptum, denuò redintegrare seu peragere. *l. 3. ibi; instaurare actionem minime poterit. C. ad SC. Turpib. l. 7. C. d. iur.* Et f. *ignorantia*; atque ita passim. Quod si attendissent Observatores, deprehendissent, Carolum IV, non usutuisse phrasin *l. 6. C. ad L. jul.* quæ ex Ecloga βασιλικῶν privatâ authoritate descripta est, sed longè accuratius locutum fuisse. Licet enim alias crimina morte extinguantur, v. tit. *C. si accus. vel reum mortui fuerit.* in crimine tamen istò exceptò continuatur & post mortem accusatur, *l. 20. d. accusat.* ita ut in defensione aliarum probationum, etiam servi in caput Domini torqueantur contra. *legis 5. & 16. d. Question.* regulam, per reprobationem huic textui adjectam: quia hic agitur de Læsâ Majestate summa, in suis Principibus Electoribus, hoc est, (ut suprà dicebamus,) licet Electores ipsi Majestatem non habent, imputatum tamen ipsis fuit hoc crimen, quia Læsa securitate Electorum, ipsa Majestas per consequentiam Lædi videtur detinere.

detur: salvis autem præcipuis Majestatis *Parastatis*, quales olim erant Præfetti Prætorio, tanto magis salva & intacta manebit Majestas, per notata ad L. 7. §. 1. l. 8. §. 1. C. ad L. Jul. Maj. ut adeo diligenter discernenda sint phrases, lèdere Majestatem Principis, & lèdere Majestatem in aliis, quod & in Consiliariis, militibus, & statuis fieri potest.

§. 8. Eadem ampliatio porrigitur in hoc §. ad accusationem *inchoandam*: ut intelligamus, et si vivō testatore accusatio nulla instituta sit, institui tamen possit, si probations, vel indicia saltem emergant, conf. l. 31. §. ult. ibi: Et si nondum postulatus vitā deceſſit, d. Donat. Quod & viduisse putaveris Albericum Gentilem ad L. Jul. Maj. Disp. 10. Unde iterum errat Limnæus Obj. ad b. §. 8. quando hæc Synonyme intelligenda esse scribit: crimen inchoari Et instaurari. Quod si enim probations post mortem evidentes emergant, forsitan ex instrumentis in hereditate repertis, vel ex confessione complicum: instituenda est accusatio, nec pena committenda. Licet enim processus alias contraria defunctum institui nequeat, per rationem. l. 47. d. re jud. nec sententia in mortuum ferri; l. 59. §. ult. Et i. seqq. Secùs tamen iterum est in criminis hoc excepto, ubi processus contra memoriam defunctum instituitur, civitatis ad hoc judicium filiis vel cognatis, Gail. d. Pat. Fubl. L. s. c. 20. n. 8. Peracta autem accusatione pena corripi & memoriam defuncti & bona. *Memoria* enim defuncti, legitime probationibus convicti, condemnatur, ita ut nomen ejus ex albis & honestis memorialibus tollatur, insignia auferantur, & quibuscumque fieri potest modis, memoria infametur. v. Sueton. in Domitiano, c. ult. *Bona* spectantur & ut relieta, & ut inter vivos alienata. Relicta successoribus auferuntur, quasi in ipso criminis exordio, conscientia sua judicio jam condemnatus sit reus. l. ult. v. cum ex quo. C. ad L. Jul. Maj. & inter vivos nihil alienare potuit; Sed omnia à filio revocantur, d. l. ult. §. sis Et Divi.

§. 9. Quod si maximè manifesta indicia & documenta non suppetant, ex quibus reus accusari & convinci, ac proinde vel mortui memoria condemnari & bona confiscari queant, si tamen *indicia quædam conjurationis* indigitentur, non est omittenda inquisitio, jux. l. i. §. 1. l. 18. §. 1. l. ult. d. *Quest.* juncto art. 29. & 30. P. H. O. Sed veritas per tormenta servorum eruenda venit, siquidem incertum, an inquisitus hæredem habiturus sit, nec ne, (sic enim & Latina & Germanica versio *bujus* §. accipienda est, ex *tn.* originali l. ult. C. ad L. Jul. Maj.) Quæ cum ita certam & distinctam habeant sententiam, apparet, sîne magna ratione dicam *Autori scriptam* fuisse à Limn. obf. 1.

Et quidem securitati Electorū quoad ^{tit. XXV.}
^{DeIntegritate} personas cautum satis esse videtur, sequitur *alter* ^{tate Prin-}
T. it. de integritate seu individualitate ipsorum cipatum
Electoratum, per quam securitas & potentia ^{Electorum}
Electorum haud parum suffulcitur: siquidem si
 nè opibus & potentia vix ulla nobilitas se diu
 tueri potest: v. Nold. jur. Nobil. §. 141.

§. 1. Hujus constitutionis præmittitur ratio, ut tum,
 sanctio ita commodius subjiciatur. Ratio sumitur à simili &
 majori: Cum enim ceteros quoque Principatus, tanquam feu-
 da regalia placuit, in sua integritate servanda & diversioni ob-
 noxia hand esse. 2. F. 55. quanto magis id in Electoribus
 dicendum, ubi dismembratio majus quoque periculum esset
 allatura. l. i. §. 1. quis. §. C. d. Carbon. Ed. l. manifestissimi. 2.
 C. d. furt. adde, quod, cum Dignitas, Electoralis Majestati
 proxima sit, uti post Lutherum scribit Dn. Wellerus, in concio-
 ne funebri Electoris Saxonici anno 1657. habita, omnibus mo-
 dis & de conservatione ejus potentia fuerit cogitandum. v.
 L 3 Cothm.

Cothm. 1. Resp. 11. Post hanc rationem ostenditur modus istius
 integritatis conservandæ, cùm in Electoribus ipsis, tum in eo-
 rum successoribus, quantum ad Electores attinet. De Ecclesi-
 asticis nihil dicitur, cùm & ipsi tantum administratores sint suo-
 rum Episcopatum, & Episcopatus jure communi sint inali-
 enabiles. c. 5. § sol. 4. d. reb. Eccl. alien. vel non. De Electori-
 bus E. secularibus tantum cavetur, ne Electoratus suos ullo
 alienationis modo possint imminuere: Licet autem videri queat,
 potestatem Electorum hōc paclō debilitari, cùm non possint;
 idem in suo Electoratu, quod alias privatus in suo prādio;
 §. ult. l. de his qui s. vel al. i. reverā tamen ista limitatio & re-
 strictio potestatis alienandi boni publici causa inducta autho-
 ritatem eorum magis adstruit, quām destruit, magis juvat &
 sublevat, quām ut elevet; quemadmodum in l. pen. C. d. heret.
 ampliari dicitur facultas probandi, quod ad personas habiles
 restringitur, quemadmodum alienorum quoque regnorum.
 Dominia sunt inalienabilia, ut ap. Choppin. & alios de Domi-
 nio Regis Galliz prolixè ostendit: non enim ipsis auferunt
 utendi Electoratu potestas, sed abutendī tantum & impinguendī
 facultas circumscribitur.

§. 2. Eadem integritatis observatio & injungitur filii
 primogenitis. Qui considerantur tum ratione suæ qualitatis,
 tum respectu suorum cognatorum; Respectu qualitatis succe-
 dent, nisi tali defectu corporis, vel animi laborent, propter
 quem non possint aut deberent hominibus principari (von deg-
 wegen er den Leuten nicht vorstehen oder herrschen mag) Princi-
 pari enim ejus loci homines dicebant, pro imperare seu prin-
 cipatum tenere. v. Voss. d. vit. serm. L. 4. c. 7. p. 727. Tum
 illi surrogetur frater, ut agnatus proximus; cùm absurdum,
 aliquem alios regere, qui se ipsum regere non potest. §. item
 major. 13. vers. cum sit incivile. Inst. de execus. Tut. vel curat.
 Respectu fratrum & sororum primogenitus jubetur se exhibe-
 rebre, 1.) clementem sive, ut in germ. gütlich. 2.) plium, mildlich/
 quasi benignum & beneficum dicás; nam, ut cum aliis Gram-
 mati-

maticis, *Martinus* in *Lexico* ostendit, vox *pī* inter alios *metaphoricos* significatus etiam istum habet, ut hominem denotet, qui officiosus & justus sit erga cognatos, *N.* 28. c. 5. Pictas ista seu benignitas dirigitur per ampliationes & limitationes, ut media via ineatur. *Ampliatio Prima* latet in verbo continuo, quod *germ.* vertitur, emfigiūt statim ab initio sc. suscepti regiminis, & deinceps, siquidem vocabulum hoc, non tantum initium denotat, uti *Martinus* explicat, sed & totum temporis tractum, uti omnia paronyma ostendunt. *Secunda ampliatio* est in incusione Divini Numinis, *Germ.* in verb. nach der Gnade die ihm Gott gegeben hat/ quasi dicat, meminerit Principatum sibi à DEO commissum esse, adeoque per metum Numinis, non pro mero arbitrio, bona ista dispensanda, & cum fratribus communicanda esse. Restringitur tamen & limitatur hæc benignitas contraria importunas fratum preces duplii munimento. (1.) *beneplaciti*, ne sc. ultrà placitum extenuatur petitio (2.) *patrimonii* & facultatum, modò ne nimis tenuis evadat provisio. Ac demum in *cautela*, ne ob causam hanc vel aliam Principatus imminuatur, conf. *l. 12. §. cùm tutor.* 3. *l. 40. §. 1. d. adm. Es. serie. tutor. l. 26. de bon. libert.* *l. 5. C. d. suspect.* *Tut.* certioremodum exprimere Imperator vix potuit, 1. quia incertum, quot filios filiasque quis relictus sit. 2. quia consuetudines & pœta familiarum variant. 3. quia & alias alimentorum modus ferè arbitrio heredis relinquuntur, d. *l. 12. §. 13.* ibi: *que ex liberalitate sunt, ea arbitrio heredis relinquuntur.* Denique ipsorum Electoratum reditus ad sumtūs pro modo alimentorum intenduntur & remittuntur. d. *l. 44. in f. vid. Springer. d. Apanag. c. 7.*

In *Germanicā* editione Tit. iste 24. rubri. Tit. *XXVI.*
 cæ includitur & subjicitur, quod & fit in *Latinā* <sup>De Curiā
imperiali
et Sessione.</sup>
Francofurtensi & Bzoviana editione: *Cujacianā*, quæ post tractatum de *Fendis* legitur, nullam

Iam inscriptionem habet, verum Arumaus,
Schurfinus & alii editores hunc Tit. præmittunt:
De Curia Imperiali & sessione. Nimirum ha-
tenus dictum est de Electorum sublimitate tum
personalis tum reali. Sequitur De eorum officiis,
tum in Processione ad Curiam celebrandam po-
sit, tum in ipsa Curiæ celebratione eccipa-
tis.

§. 1. Rectè autem monet Limn. Obs. 1. rubricam corri-
gendarum esse professione scribendum Processione, quod ex iuxta se-
quentis contextus considerat. Agitur in b. t. 26. de Processio-
ne ad Curiam Imperialem celebrandam, tum imperatoris,
tum imperatricis. Quanquam enim supra dictum fuerit, de
ordine inter Electores Ecclesiasticos in Processionibus ser-
vando, tit. 21. & porrò de ordine & Processione Secularium:
hic tamen officia eorum accuratius & specialius, adeoque con-
junctim describuntur, nempe quô tempore Imperatori se siste-
re debeant, quôque ordine procedere, v. Gutherium d. off.
Domus Aug. L. 2. C. 17. p. 366.

§. 2. De Electoribus ergo Ecclesiasticis additur
in §. 2. Archi-Cancellarium, in cuius Archi-Cancellariatu,
curia celebrabitur, omnia Sigilla & Typharia Im-
perialia portare debere, quod sententiam Dieterici dif-
fere affirmamus, per A. B. t. 27. ubi in textu Germ. verba-
leguntur: Solche Insiegel und andere körperliche Zeichen, zu
verbo, typharia describuntur: Fuerunt enim Typharia figuræ clau-
riores, ostentui & prælationi commodiiores. Sigill autem qua-
si in rerum usu atque actu haberentur, vid. Spigel. in Lexic.
conf. l. ad testium. 22. §. signa autem. §. qui testam. fac. possunt.

§. 3. De Electoribus Secularibus illud denuò inculcatur
quod insignia Imperialia, sceptrum & ensim deferant: Hodie
Elector

Elector Palatinus etiam coronam præfert. v. Pancrat. Lampad.
in Politisch Reichs Handlungen. p. 101.

§. 4. Quartum insigne est corona. Otto. c. x. p. 195.
 quæ olim triplex: Aquis granensis (Regni Teutonici insigne)
 Mediolanensis, (Longobardici Regni:) Romana (Regni Itali-
 ci) hanc ut imperialem ipse Imperator in capite gestat, reli-
 quæ autem à viris Principibus, pro arbitrio Imperatoris, præ-
 ferri jubentur. Hodie Imperator unam duntaxat gestat co-
 ronam, altera autem ab Electore Palatino, uti dicere præoccu-
 pavimus, præfertur.

§. 5. Denique agitur & de *Processione* ipsius *Imperatri-
 cis* vel *Reginæ* Romanorum, quemadmodum & præter antiqui-
 tatem de utrâque Processione simul apparet ex collectaneis
Goldasti, P. 3 *Constit. Imperial.* p. 401. sub Tit. *Imperial. Proces-
 sio*. Qui licet impugnari possit ex *Actis Apostolor.* c. 23. *Matth.*
 6. v. 20. demò tamen abusu rectè assertur per analo-
 giam, *Psalm.* 45. tum per exemplum Josephi *Gen.* 41. v. 42.
 Consistit ista designatio in insignib⁹ Imperatricis, collocatio-
 ne & comitatu: *Insignia* non tantum constituenda in vestitu
 cum Limn. *Obs.* 1. sed & in corona & in annulo, quia & in actu
 coronationis sceptrum atque pomum ipsi tribuitur. v. *Goldast.*
 in *Politischen Reichshändlen.* P. 8. p. 10. Deinde collocatur Re-
 gina non tantum post Imperatorem, sed & post Regem Bo-
 hemie, competentis spati⁹ intervallō interpositō. *Comitatus*
 (*tertiò*) constat ex Proceribus & Gynæco, ita enim & histo-
 ricam declarat *Lehmann.* L. 7. c. 38.

Quod Proceros attinet, accenset ipsis quidem Dn. Limn.
Abbatem Fulensem, itemque *Archi-Capellinum*, sed præter sen-
 tentiam A.B. & praxin, neque confundenda sunt officia in-
 domo vel Ecclesiâ peragendâ cum obsequio Processionis. *Gy-
 neceum* describitur per virgines synedochicē, quia plurima-
 pars Gynæci ex innuptis constet, quod & in spirituali Regi-
 na processione legitur. *Pf.* 45. v. 15.

I. **XXVII.** Spectavimus Imperatorem cum Parastatis
De Officiis ad Curiam solennem procedentem. Spectan-
Principum
Electorum
in solenni-
bus Curiis
Imperato-
rum vel Re-
gum Roma-
norum.

¶ 1. Solenne enim Romanis & aliis fuit Gentibus, ut
in Imperatorum & Regum inauguratione solerter agitarent
convivia, ut crudice docet Stuckius Lib. 1. Antiquitat. civi-
val. c. 20, p. 51, etiam hunc locum exprimens, Ministerium
hoc respicit vel Stabulum Regium seu Mensam Imperatoris.
Stabuli cura incumbit Mareschallo Imperii, Electori Saxon:
qui præfiguratur & designatur in publicâ avene dispensatione,
consistiturque in congestione & coacervatione, deinde admens-
uratione & tertio in ejctione tum Electoris ipsius, tum Of-
ficialis seu Vicarii. Elector enim prius ipse modium avenæ
haustum & admensum primum occurrenti ministro porrigit:
reliquam avenam Vice Mareschallus à Neppenheim vel eō ab-
sente, Aulæ Mareschallus distribuit, prout describit *Autor* co-
ronationis Maximilian. I. anno 1486. peractæ, à Goldasto in
Politischen Reichs-Handlungen. P. 1. tit. 8. p. 11.

¶ 2. Circâ Mensam exponitur, tum ministeratio Electo-
rum ante Mensam, tum sessio ad Mensam. Ministerium ex-
ponitur tum in ipsis Electoribus, tum in ipsorum Vicariis. In
Electoribus, quatenus sunt vel Clerici vel Laici. Clericorum
officium vel maius, est sacrum seu Ecclesiasticum, vel Politici-
cum. Sacrum seu Archiepiscopale consistit in Benedictione,
de quâ cum supra jam in universum dictum sit Tit. 25, itaque
eō hic sit remissio, illô tamen additô, quod fieri debeat. (1.)
stando. (2.) in Comitatu Prælatorum comparando. Quod
autem in Histor. Maximil. I. (quæ à Goldast. in Polit. Impre-
rial. refertur.) n. 98. memoratur: tres Archi Episcopos benedi-
ctionem dixisse. id ita accipiendam, prout in historiâ Maximil.
II. declaratur apud eund. Goldast. p. 73, ut uno scil. verbô
præsum-

præunte cœteri respondeant. Quod v. Limn. notat benedictionis tantum ante mensam, non & gratiarum actionis fieri mentionem, Obs. 1. non magnâ eget refutatione; siquidem Imperator de benedictione b. l. tantum agit remissivè, remittendo nos ad tit. 25. ubi gratiarum actionis disertè meminerat: & hanc benedictionis partem esse vel ex traditis Stuckii Libr. Antiquitat. convival. Tit. 36. n. 278. seqq. constat, & ex praxi v. Histor. Maximil. II. ap. Goldast. in Pol. imper. p. 75. vers. expletō prandio gratis à Trevirensi dicit. Post consecrationem mensæ subjicetur alterum Elektorum Ecclesiasticorum officium magis politicum, quod per sigilla & baculum, ex quo typaria dependent, repræsentatur. De horum agitur custodia & usu. Ille consistit in recipiendo, portando seu repræsentando, deponendo & gestando. Recipiunt scil. Archi-Episcopi conjunctim sigilla a Cancellario Curia (Hof-Cangler) qui hodiè Vice Cancellarii nomen tantum gerit, idque ideo, quia omnes & singuli munere Archi-Cancellariorum ex Dignitate præfulgent. Ceterum in deportatione attendendum tum ad Processum tum ad Depositionem. Initio enim Eletores isti simul procedentes **sigilla** ~~hæc~~ à baculo argenteo dependentia Imperatori offerunt, & in mensa ea collocant, eō indicio, quod ex ejusdem iussu omnis vis functionis Electoralis dependeat: Imperator autem eadem illis illicio reddit, ut ostendat, quod & verbis conceptis facit, se in fide & industria corum acquiesce-re. Verba Compellantium Elektorum & respondentis imperat. Maximil. II. expresit inter alios Schardius in Coronat. Maximil. II. ap. Goldastum in Polst. Imperial. P. I. p. 146. ut adeo mirari liceat, quomodo peritisimus Dn. Limn. Obs. 8. de adhibirione, sermonis dubitare ausit. Majus autem sigillum collo Archi-Episcopi aptat, & (ut ex Goldast. d. l. p. 74. apparet, & clarius ex Caspero Ens. p. 79. ibi: Rex sigilla allata Mogentini collo accommodabat. Et tamdiu gerit, donec inhospitum redierit, haud dubie eo fine, ut omnes sollicitatores cernant atque intelligent, apud quem preces suas deponere debeant,

debeant. Quoad *Custodiam* aliud juris est in baculo argenteo, aliud in ipsis sigillis. *Baculus*, qui sumtu trium istorum Electorum conficiendus, ex 12. marciis auri, post usum istum solennem cedit dono *Cancellario aulico*, quemadmodum & ceterorum Electorum *Officialibus* munera quædam relinquentur. Quod ad sigilla, aut equo illud advchi seu deportari ad aulicum *Cancellarium* jubetur, ut & illud pro munere retineat.

§. 3. Deinde, i. e. postquam *Saxo*, & *Ecclesiastici* Electores officium suum peregerunt (ita enim particula deinde est ~~maxima~~ & primas partes inter Seculares Saxoni desert quemadmodum omnes Coronationes à *Maximil. I.* usque ad hæc tempora docent, si solam coronationem *Maximiliani II.* excipiatis apud Goldastum in *Reichs-Handlungen* p. 866. ubi propter conciliatam administrationem ordo videtur conturbatus fuisse: (prout *Heideni* fratres & *Schardius* atque *Cassarius* Ens testantur) Tum & ceteri Seculares munia sua obeunt, quæ spectant vel ad præparatoria mensæ vel substantialia, ut loquitur *Stuckius L. 3. Antiquitat. convival. c. 3. seqq. Preparationem* concernit *Ablatio manuum*, cuius ministerium & assignatur & describitur. *Assignatur Archi-Camerario Brandenburgensi*, is enim antiquitus eo munere fungitur. *Heideni* fratres, ap. Goldast. in *Polit. Imperial. c. 10. p. 150.* Desribitur functio ejus desensus & reditu. *Descendens equo*, ex mensâ in medio foro strata argenteam pelvim 9. Marcarum argenti pondere gravem & aquam refertam cum mappâ seu mantili accipit, & ad Imperatorem redeundò desert: cui *Palatinus* aliique Principes manus administras porrigit, vid. *Limn. Obs. 5.* Nec movere nos debet, quod A. B. b. §. 3. & §. 6. pelvis argenteos in plurali numero memoret. Id enim vel ad designandum cantharum seu gutturnium, seu per Enallagen numerorum dictum esse intelligere licet; tum ex *textu Germ.* ibi: Und soll haben ein silbernen Becken mit Wasser in seinen Händen/ tum ex *observantia* in Relationibus expressâ. v. *Coronationem Maxim. II. p. 150.*

cum

cum El.ctor Brandenburgicus dicitur attulisse pelvim & map-
pam, & in Coronat. Matthiae. p. 105. clarius: Der Churfürstl.
Brandenburgische Erz Cammerer hat ein silbern Hand-Bekle-
samt einem Giechsaß und serviet.

§. 4. Post manuum ablationem, sequitur *Apportatio fer-
culorum*, uti Stuck. iterum docet, d.l. 3. c. 5. Quod munus cu-
jus sit, & quemadmodum peragatur, docet §. 4. nimis erat
hoc munus proprium Comiti *Palatino*, tanquam Archidapi-
fero, ceterum hodie Bavaro cessit. *Modus autem & ratio fun-
ctionis* consideratur, tum (1.) in *jussu*, quod nempe Elector
cibos à mensâ coquinariâ petitos in equo ad aulam deferat.
(2.) in *objecto*, quod nempe quatuor scutellis argenteis trium
marcarum argenti constantibus eò deferat: & denique in ipsâ
ad mensuram appositione. Quare Limneus inter alia, quo-
modo Elector scutellas portare possit, & arbitratur testas in-
telligi, quibz bedeckten Essen / Obs. 4. cum insuper relatores &
unius scutelle tantum meminerint. Verum Diarium d. anno 1658.
p. 947. ibi: Herr Graf Truchsess von Zollern/ holet im Nahmen
Chur Bayern ein Stück vom gebratenen Ochsen in einer silbernen
Schüssel. Verius tamen est *geminas usurpatas fuisse*, ut ap-
paret ex *Relatione coronationis Maximil. I.* p. 12. *Maxim. II.*
p. 74. Matthiae p. 103. ex quarum Relationum collatione col-
ligitur, numerum hunc non usque præcisè observari.

§. 5. Cibum excipit *Potus*, tanquam altera pars substancialis convivii, inquit Stuckius Lib. 3. antiquit. Conviv. c. 6.
quam adfert Archi Pincerna Rex Bohemiae, in scypho argenteo,
ponderis 12. marcarum argenti, impletumque vino & aquâ
Imperatori porrigit: ubi (1.) non obstat, quod in Proverb. Sa-
lom. c. 31. v. 4. Regi vino planè interdicitur. Est enim hoc
interdictum accipendum de abusu, ut sequens *versiculus* indi-
cat. Nam usum S. Scriptura non tantum admittit, sed &
laudat, ut Ecclesiast. c. 31. v. 30. (2.) *Mixtio* non vinum
spurcum efficit, sed *lymphatum*; Licet enim in sacris & hoc &
lymphatum esset vetitum, uti *Festus* docet L. 1. d. formul.

p. 27. & Stuck. L. 3. antiqu. Conv. c. 11. p. 347. lit. b. in f. Alias tamen vinum lymphatum à spurco vino differt. Illud enim temperantia & sanitatis & svavitatis causâ laudatur, ut prolixe Stuck ostendit d. c. 11. Spurcum dicitur quasi spuriū, quod vel aquâ vel aliis sordibus est corruptum; l. 27. §. 15. ad L. Aquil. Dictum est hactenus de ipsis Electoribus & eorum officiis: addendum tamen est ex novâ ordinatione Elec-torem Palatinum hodiè tanquam Archibesaurarium missilia in vulgus spargere; idque officium Dn. Comitem à Sinden-derff/ veluti Thesaurarium hereditarium, als Schatzmeister continuare. v. Diar. Europ. p. 947. §. 4. § 5.

§. 6. Sequitur de eorum Vicariis, quales seculares habent præcipue. Ecclesiastici enim munera Ecclesiastica ipsi ferre expediunt, vel per suos suffraganeos. Cancellarius autem munus vicariâ opera expedit Imperii Vice-Cancellarii. Secularium ergo Vicarii considerantur tum ut præsentes, tum in casu absentia. Præsentes recensentur & præmiis afficiuntur. Recensentur ordine promiscuô, non eô, quô Principales eorum gaudent, v. Dan. Otto. c. 10. p. 192. nec eô quô Vicarii præ-miis afficiuntur; Sed ferè eo, quô Domini Electores præcedunt vel consistunt. Nimirum Primò nominatur Sub-Came-rarius sive Vice-Camerarius der Erb-Cammerer/ qui vices Elec-toris Brandenburgici sustinet, & olim erat ille de Galkenstein/ uti hic appellatur, & ante eum Commar, uti ait Bertius mox citandus: hodiè Comes in Hohenzollern. Dan. Otto d. l. Diar. Europ. d. p. 947. §. 3. cui cedit præmii loco equus & pulvis & aquarium cum mantili: secundò loco recensetur Vicarius Archi-dapiferi Electoris Palatini des Erb-Truchsess/ qui hodiè dicitur der Erb-Truchsess/ & olim Magister Culine, qui erat ex familiâ Nordbergensem, posteà Seleneciorum hodie Waldburgicorum v. Limn. Obs. 9. Aliud tamen officium Dapiferi hereditarii, Selenecii, aliud Magistri coquinæ. Bertius Lib. 2. Rerum Germ. c. 16. nisi putare velimus officia ista hodiè contracta esse, v. Diar. d. p. 947. §. Her. Graf Truchsess von Hohenzollern

has

hat im Namen Chur Böhmen ein Stück von einem gebratenen Ochsen ist einer silbernen Schüssel geholet. Quanquam bujus scutelli appositiō fortē non est confundenda cum primi scutelli apportione. Huic verò cedunt argenteae illæ scutelle seu patinae. Tertius est Vice-Pincerna, tanquam subofficialis hæreditarius Archi-Pincerna, Electoris & Regis Bohemicæ, quod officium bodiè gerere Barones à Limburg scribit Limn. Obs. 1. quasi vero illud tempore Caroli IV. alii, nec iidem Limburgii gesserint. Reportat autem equum & scyphum Regis Bohemicæ pro munere. Quartus est Vice-Marschallus Pappenheimius, der Erb-Marschall qui reportat Archi-Marschalli Saxonis & equum & baculum mensurantem & modium ipsum argenteum: Huic ad levamentum laborum hodiè adjunctus est Metator Imperiis, der Reichs-Quartiermeister v. Arum. d. Comit. c. 6. n. 48. seqq. Nunc quidem accensendus est quatuor istis officialibus: Quintus, nempe Thesaurarius, Comes de Sigmendorff, vid. Diar. Europ. d. l. §. 5. ubi quidem functio describitur, non item præmium.

Quod si aliquis ex istis Vicariis absens fuerit, tum ordinarii & quotidiani Officiales Aule Imperatoria (tales enim ex Constitutione Caroli IV. plerique Principes habere solent) extremitate succedunt & vices subeunt, v. Arum. d. l. n. 46. seqq. adeoque & fructum laborum & præmia ista solennia repartant, juxta. l. secundum naturam. 10. d. 1. j. l. 1. ff. d. Instit. action. indeq; recte colligit Arumæus, dass die ganze Verfassung der Käyserl. Haupt-Aleinter/ welche in und außer den Reichstagen sich zu tragen/ in drey Clases ausgetheilet werden/ (1.) in die Oberste Erz- und Chur-Aleinter. (2.) in die Erb-Aleinter. (3.) in die täglichen Hof-Aleinter/ v. descriptionem Status peculiaris Regiminis secularis. c. 8. Ex quibus sequitur, Electores non posse functionem horum officiorum Vicariis admere & vel expresso nomine Legatis suis conferre. Cum enim vicaria hac munera sint à lege inducta, non possunt privata singulorum Electorum destinatione aut mandato cuiquam interverti, arg. l. 4. § 13. d. off. Prol. & Leg. Cujac. 7. Obs. 21. Unde & Imperator Leopoldus

poldus in Capitul. suâ art. 46. ad h. locum A. B. digitum intendens eos appellat. Der Churfürstlichen Reichs-Aemter Amts-Verweser/ welche in den Sachen/ dazu die Erb-Aemter gewidmet/ zu gebrauchen seind.

T. XXIX. Spectavimus Electores Imperatori ad mensam ministrantes: porrò in h. t. (qui in Franco-Imperiali-
bus & Ele-furtensi editione Latina & Germanicâ planè co-
storibus. haeret, & nullam Inscriptionem habet.) Spectan-
di nunc veniunt Electores, ut mensæ accumbentes seu assidentes.

(Licet enim Romani non conservarent ministeria sua epulis adhibere, quemadmodum latè probat Stuckius L. 2. antiqu. con-
vival. c. 1. Germani tamen Proceres suos hoc honore afficiunt,
eoque pacto à plebe servitorum secernunt atque sequestrant.)

¶. 1. Consideranda v. hic nobis exhibetur Structura, menstarum Principalium & appropriatio. Structura menstarum iterum consideratur ratione formæ, deinde ratione loci, tertio ratione personarum ablegatarum. Structura alia est mensa Imperatoriz, alia Electoralis. Imperatoris seu Regis Romani mensa describitur & ratione sublimitatis, quod debeat eminere præ cæteris, & quidem in altitudinem sex pedum attolliri. Hodiè sechs/ sieben oder acht Stufen nominant, v. Limn. obs. 8. Pauciores observare licet ex descriptione Carpzovianæ alleganda. Et ratione exclusionis, quod illi nemo praeter Imperatorem vel Regem Romanorum, debeat assidere: quem morem etiam Pontifex cæterique Christiani Reges servant, Majestatis ostendandæ gratia. Nec obstat, quod in hoc eodem Legatus Pontificis adscendisse Imperatori memoratur, uti objicit Limn. obs. 5. quod antea quoque factitatum fuisse alii memorant, v. Mylerum ad Kümel. Aut enim Exceptio est
in.

in Legato Pontificis admittenda, pro more illorum temporum, ubi summus honor Jovi Capitolino deferebatur; aut dicendum Leges stringere & operari non in præteritum, sed in futurum. l. 7. C. d. LL. Sanè hodie quando ad preces Imperantium filii vel agnati Reges Romanorum creatur: ideo! & simul unâ mensâ solent prandere, v. Limn. in annot. ad Cap. Maximil. II. art. 13. n. 14. seqq. quemadmodum & in cœteris Ceremonialibus multa deinceps mutarunt pro arbitrio Imperantium, uti appareat ex descriptione Coronationis Anne Austriae Conjugis Imperatoris Matthie ap. Goldastum in Politischen Reichs-Handlungen. p. 105. ubi & *Regina* mensâ Imperatoris assedit & tabulam unam tantum omnibus Electoribus paratam fuisse, eamque unō tantum pede Cæsareâ inferiorem memoratur; quanquam & hoc dici possit, *Legem istam non ex æquo respicere ceremonias in Coronatione Regine adhibendas.*

§. 2. Post mensam Imperatoris describitur & *Mensa Imperatricis*, & quidem in comparatione cùm mensa tum ipsius Imperatoris tum Electorum; Nimirum depressior esse debet gradibus tribus mensâ Imperatoris, sublimior autem tribus gradibus quam mensâ Electorum. Iacet enī non solum Parthi, sed & Græci, adeoque hodiè Turcz, sc̄minas à conviviis excludant: aliud tamen à Romanis servatur & in primis à majoribus nostris v. Stuckium Lib. 2. antiquit. Conviv. p. 145. c. l. Et sanè cum Serenissima conjux, & uti Justinianus suam Theodoram appellat, à Deo data *socia* non tantum radiis mariti fulget, sed & ipsa coronetur: meritò, ut in cœteris honribus sic & in solemni hoc conviviō ejusd. ratio habetur, præ aliis. l. 31. ff. d. LL.

§. 3. Quoad *Mensas Electorum* describitur earum & collocatio & occupatio. Collocatio ita instituitur, ut *tres* mensæ à dextris, *tres* à sinistris, & *una* ex opposito Imperatoris collocetur, ut Electores eodem planè loco & modo in mensa, sedeant, quō in Consilio assident, neque cuiquam aliquid decedat. Unde & *Marschallis* suis cœterisque necessariis ministris

stipantur, ad potentiam & prærogativam sui ordinis ostendam. Sedeabant autem olim, à dextris quidem, Moguntinus, Bohemus & Palatinus: A Sinistris Colonensis, Saxo & Brandenburgicus: In medio Trevirensis: Hodi Brandenburgicus itidem in dextro latere quartam mensam paratam habet; ut Palatinus cum Coloniensi & Saxone in Sinistro latere tertium locum occupet. v. de hodierna Observantiâ plura notantem Limn. Obs. 3. seqq. Hæc de structura mensæ, sequitur *Mensarum occupatio*, quæ continet tempus & modum.

§. 4. Quoad Tempus graviter sancitum est, ne quis Electorum simul atque munus suum obivit, illicò in mensam suam irruat: Sed ut subsistens ad mensam suam expectet, donec ceteri collegæ etiam ministeria sua compleverint. Modus itaque consistit in simultaneâ mensarum occupatiōne: quæ quidem corporalis omnibus designatur, sed modesta & honesta. Ratio constitutionis posita est, non tantum in generali honestate Ordinis, ne unus sedens alter stans deprehendatur, contrà LL. convivalium etiam inter privatos honestatem. v. Stuck. d. L. 2. antiquit. conviv. c. 35. p. 274. lit. b. Sed & in equalitate Dignitatis; quia enim ut haec tenus vidimus & in minutissimis Ordinis observatio exactè præscripta fuit, ut omnia discordiarum semina evitentur, non fuit in actu tam conspicuō ulla inæqualitas admittenda. Quia autem §. iste Secularium tantum Principum mentionem facit: Ideo Limneus arbitratur aliud receptum esse in Electoribus Ecclesiasticis, quasi illi etiam ante Seculares mensas suas occupare queant. Verum, Limneum & relationes subsecutæ & rationes redarguant. Sic enim in coronatione Ferdinandi III., ut antiquiores omittamus, planissimè observatum legimus apud Carpov. d. L. Reg. quod nempe nemo Electorum mensam suam occuparit antequam omnes & singuli, Ecclesiastici inquam & Laici, munera sua peregrinantur, s. nach Berichtung ibi: Nach Berichtung dieses all si seind die Anwesende Churfürsten ihren Tischen zugegangen und ein jeder Churfürst den Seinen eingenommen. Quid? quod

quod ipsa ratio peragendorum officiorum diversitatem istam excludat: siquidem & Seculares & Ecclesiastici munia sua, fere eodem temporis momento peragunt obeuntque; veluti non tantum ex ipsâ constitutione, sed & praxi subsecuta patet, vid. Carpzov. d. l. p. 816. h. inzwischen/ ibi; inzwischen und inmittelst/ i. e. dum Electores seculares sua obirent officia, seynd die Geistliche Thutsfürsten vor dem Käyserl. und Königl. Tisch gestanden/ und hat Maynck als der Consecrator das benedicite gesprochen/ darauf Edlen geantwortet. Seynd darnach ab bis vor den Maynckischen Tisch getreten/ samtlich den silbern Stab. ec. Nec obſt. quod in hoc h. Electorum Secularium tantum fit mentio. Neque enim id sit per distinctionem aut oppositionem; sed per connexionem & cohesionem: quia de his proxime fuerat dictum, utique Electores seculares vel citius vel prius functiones suas absolverint, quam Ecclesiastici, qui post benedictionem mensa demum cibaria Imperatori offerunt debita cum reverentiâ & sermocinatione: Eaque à suâ Majestate vicissim cum sermone gratulatorio recipiant.

§. 5. Actum est de structura mensarum Regiarum & Principalium, earumque occupatione & ceteris, quæ ad Epulum hoc Regium spectant, ceremoniis. Sequitur determinatio loci una cum exceptione. Locus alias est Elelionis, alias est Coronationis, alias primæ Curiaz habendæ destinatus, in quibus conventibus omnibus ejusmodi solemnia convivia solent agitari. Locus elelionis celebrande est Francofurtum, quam Imperator non immerito Civitatem appellat, cum & antiquitas & libertas & splendor urbis hunc titulum promereatur. Nec officie objec̄tio Limnzi obs. 4. tradentis, Imperatorem Francofurtum impropiè civitatem vocare, cum Episcopum non habeat, ad quoque à Pontifice & oppidum tantum nominetur. Siquidem non ex somniis & traditionibus Italorum, sed ex vocis proprietate, urbis amplitudine, copia, divitiis, splendore & maximè ex determinatione Imperatoris & Imperii hanc ipsam vel principis Germaniae civitatibus imputantur.

tis definienda est; uti recte docet Merckelbach ap. Klockium,
1. Concil. 14. n. 57. § 58. ubi ait, suisle Civitates splendidas,
antequam vel Episcopi eligerentur: atque ita etiam definit
Knipschild. *L. 1. d. jurib. Civit. c. 8. n. 9. seqq.* quem *Lymn.* ali-
bi pro se citat. Imo ipse *Lymn. ad Tit. 1. f. 10. Obs. 14. n. 4.*
fatetur Civitatem posse esse absque Episcopo, adeoque elogio
isto etiam gaudere, proinde *Imperator & hic & alibi*, (*v. tit. 1.*
§. 3. ibi: Omnia Civitatum Cives & Communitates.) non in-
congruè aut improprie loquitur. Locus Coronationis Germa-
nica ordinarius est *Aquisgranum*, ob memoriam jussumque Ca-
roli Magni. Quod olim ita strictè fuit observatum, ut Pon-
tifex in cap. *venerabilem 34. d. elest. & electi pot. ausit corona-*
tionem eam, quæ alibi facta sit, pro nulla pronunciare; teme-
*rè, ut mox dicemus, licet *Asterius* aliisque hanc autoritatem*
secuti sint. Curia prima locus ordinarius designatus est *Nori-*
berge. Per Curiam aliqui intelligunt Palatium seu arcem, qued
merito cum aliis refutat Knipschild. *d. tract. d. jur. civit. Imp.*
L. 3. c. 33. n. 4. § 52. cùm hic potius intelligentur prima Co-
mitia, quæ Imperator primo ab electione anno, jux. præscri-
ptum *A. B. præsentia suâ & Curia splendore tenetur illustra-*
re & cohonestare, conf. *Lymn. ad b. s. obs. 11.* Enimvero,
quia varia incidere possunt impedimenta, veluti pestis, bellum,
dissipationes, aquarum inundationes, incendia, aliique casus
fortuiti, qui loca prædicta inhabilia reddant, quò minus tan-
tam dignissimorum hominum, hospitum multitudinem pos-
sint suscipere: *Lymn. Obs. 18.* Inde subjicitur illico exceptio,
quod sc. ex causa ejusmodi legitimâ leca hac mutari & alia
interim substitui possint: Quicquid Pontifex *Innocentius III.*
in co-trarium garriat, cuius *Bulle circa annum 1298.* premul-
gata in quamplurimis capitibus postea fuit derogatum, no-
mina in Comitiis Francofurteribus de anno 1338. *v. Lu-*
pold. de Wabenberg. c. 5. seqq. Sleidan. L. 5. bistor. fol. 51. Cal-
visium in d. anno 1198. Quemadmodum enim locus Elec-
tions ob ejusmodi causas & casus fortuitos emergentes subinde
fuit

fuit mutatus. v. Knipschild. d. L. 3. c. 14. n. 16. seqq. Limn. b. in Obs. 1. § 15. itidem locus Coronationis. Limn. rurs. Obs. 16. Ita & locus Comitiorum sive curiæ primæ ab Electo Imperatore instituendæ non usque potuit religiosè observari: cùm ejusmodi casus majores facile dispensationem inducant; maximè in Ceremonialibus. v. item Knipschild. d. tr. Libr. 2. c. 1. n. 24. p. 174. salvi interim cujusque civitatis jure, quærum nonnullæ protestationibus & petitis Reversalibus sibi ideò caveri postularunt. v. Limn. b. obs. 17. Neque tamen ideò fides adhibenda Hartmanno Mauro, qui apud Goldastum hunc §. anno 1365. Constitutione Cesareâ abrogatum esse narrat; Sed non probat, uti rectè observat Limn. b. obs. 14. Nam, ne dicamus, quod sçpè notatum fuit, non omnes Goldasti collectio-nes exceptione majores esse, nondum potuit vel ipse constitu-
tionem talém producere, quæ vel designata hunc in modum
fuisse, cujus generis tamen plures fictas & concinnatas solet
in Rhapsodiam suam transferre. Adde, quòd in manu Caro-
li IV. non fuerit, A. B. omnium Electorum consensu concin-
natam, propriâ autoritate destruere.

§. 6. Hactenus aëcum est de personis & causis princi-
palibus. Quia verò suprà in Tit. 1. §. 1. ibi: *Principes, Ele-
ctores, vel ipsorum Nuncios, &c. & passim dictum fuit, Elec-
tores impeditos per Legatos Nuncios, (vulgò untadelhafte Ges-
sandten/)* suos comparere posse, de Eorundem quoque accom-
modatione atque collocatione dispiciendum erat: eaque ratio-
ne satis defendi potest ordo à Lymn. b. in obs. impeditus, qui
arbitratur, qum istum 6. quarto immediate fuisse subjun-
gendum. Tametsi verò aliás Legatus eundem locum tene-
re debeat, quem *Principalis* ipse commeretur, uti Alberic. Gen-
til. in *Diss. suis Lib. 3. d. Legat. §. 19. p. 104.* tradit & di-
sputat; in eoque loco tuendo pertinax Studium adhibere de-
beat, uti monet Parchalius. d. *Legatis. p. 394.* Marselaer. in
Legato Lib. 2. dissert. 32. p. 407. Ubi hunc ipsum A. B. locum
inducit, ad eum finem, ut doceat, quæm severi Principes in-
ordi-

ordinatā Legatorum collocatione esse debeant. Quia tamen multa singularia circa personas Electorum seorsim in A.B. introducta sunt, ita uti omnibus ceteris Principibus exteris praeferantur: quædam Legatis ipsorum non potuerunt commodè attribui: Et cum convivium hoc potius ad recreationem & animorum Principalium conciliationem respiciat, quoad seriorum negotiorum tractationem facile & sine periculo Legati convivio excedere justi sunt, maximè cum mensa nihilominus Electori absenti paretur; utcunque ferculis carens Limn. Obs. 4. & Anton. Coler. d. jure Imperii Germanie; ubi hunc textum allegat, & ad omnem casum producit, quō Princeps aliquis cum alterius Legato, concurrit, Eaque sententia hodie etiam in novissima Electorum transactione, in dem Vergleich der Thürfürsten Session und Präcedenz betreffend/ apud Pastorium in Flor. Germ. p. 307. §. Wann aber zum vierdten videri potest.

§. 7. Sequitur in Editione Germ. §. Demnach wenn dieses alles verlauffen/ und vollbracht/ sc. quasi dicat: consummatis & peractis his omnibus; ad quem Apparatus ligneuſ pertineat? Verum quia in Latinâ editione versiculus iste in Tit. sequentem rejectus est, ejusque materiae magis convenit, ibid. & illum reūiū tractabimus,

T. XXIX. Licet verò Tit. 29. & 30. in editione *Modi Juribus Officialium, dñm Principes Feuda sua ab Imperatore vel Regno Romano-* *guntinâ Latinâ & German.* conjuncti sint, & uterque numerò *vigesimo nono inscriptus;* ab aliis tamen merito discernuntur, cum diversas plane materias contineant, & Tit. ultimus aliorum planè respiciat, ut ex nostrâ *discrepant* potest patescere.

§. 1. In hōc autem Tit. agitur de *Officialibus* & eorum compendiis, quæ præcipiuntur, quoties Curia vel Electiois, vel

vel etiam Comitiorum, vel investiturarum causâ instituitur. Quæ ratio effecit, ut communis iste *Titulus* in extremo loco pos- neretur Officialis Imperatoris seu Officiarii, sunt vel primaria vel secundaria. (hodiè, quod & suprà indicavimus, nomi- nantur die hohe Erz- und Chur-Aemter) deinde die Erb-Affter oder Erbaffter-Aemter, & tertio die täglichen Hof-Aemter.) Illi sunt Electores tum Ecclesiastici tum Seculares: quorum b. l. exponitur & Privilegium immunitatis à sportulis & ratio ejusdem. Immunitas Electorum in eo consistit, ut quoties Feudorum investituram à Rege vel Imperatore recipiunt, nihil omnino inviti sportularum nomine solvere teneantur. Ratio immu- nitatis hæc est, quia sportula tales debentur Officialibus Im- peratoris & Imperii: atqui Electores ipsi sunt officiales, & sub- officiales ipsis subsunt. Absurdum autem esset, officialem à se ipso sportulas exigere: Nec minus absurdum subofficialem aliquid exigere à suo superiore. Solent tamen hodiè ultrò honoraria quædam ministris aulicis exhibere, vid. Besoldum. *Thes.* Pract. in verbo: Erb-Aemter sc. ubi locum b. graphicè in- ducit & declarat.

§. 2. *Subofficiales* constituti sunt vel à Rege vel à Legi, vulgo Hof-Aemter etiam Erb-Aemter dicuntur; uti modo præ- missimus, uterorumque notatur & compendium, & partitio si- ve distributio ejusdem. *Compendium* quod *Subofficialibus* pen- dere coguntur omnes Principes Seculares & Ecclesiastici, at- que adeo omnes cæteri, qui per sceptrum aut vexillum inve- stiuntur: Scepter und Fahnen-Lehn. (*Nobiles enim & Civi- tates in Senatu Aulico* investiuntur,) 36. marcas argenti cum fertone coguntur exsolvere; nisi exemptionem probent, veluti de *Austriacis* memoratar, v. Limn. Lib. 5. d. I. P. c. 2. n. 31. & forte etiam de aliis: v. Limn. Obs. 9. Licet enim jure Feu- dali nullum onus hac in parte vallo injunctum sit; Sed nu- da fidelitatis præstatio. i. F. 5. seqq. Antoni *Disp. Feud.* 8. tb. 3. lit. C. Posteriora tamen tempora hæc onera in receptione investitura ubique ferè locorum introduxerunt; Unde & Im- pera-

perator ipse se b. l. ad consuetudinem refert, & in eo loco se veluti fundat, in verbis: *So man gewöhnlich zu geben/ sive ut Latina habet editio: Que solvi in susceptione Feudorum suevis-* sent: Qux consuetudo haud dubiè orta est ex similibus one-ribus Clericorum, qui pro suâ inthronisatione seu inductione in officia Ecclesiastica, *inthronisaticum* (alii *introitum* vocant,) exhibere tenentur. v. Besold. in verbo *Eiusstand* sc. Vel potius ad exemplum Empytheuarum, qui sua *Laudemia* & *relevia* solvere tenentur v. Franzk. 4. *Laudem.* c. 1. n. ult. Wehner. & Besold. in verbo *Lehn-Wahr.* Eaque forte ratio est, cur hodiè vox *Taxæ* in quietationibus seu recognitionibus aulicis omit-tatur, & vox indefinita substituatur; hâc formula: *Wegen der realien und Lehen über des Herzogthum ist. Taxa nihil, und alslein nachfolgend denen Kaiserlichen Hof-Aemtern abzusätzen: Interim autem sportulæ hæ sive Discretiones* (ut hodiè vocant,) tam præcisè & amarè aliquando exiguntur, ut nemo investituram realem expectare ausit, nisi antea Senati aulico fidem fecerit: *Dass die Aemter ihre Gebühr empfangen haben. Eo enim factò tum demum Senatus iste consilio secretiori renunciat; præstanta jam præstata esse, adeoque investituram indulgeri posse.*

s. 3. Distributio hujus honorarii, (qux admodum con-fuse hic proponitur, adeoque evolutionem meretur,) Concer-nit Ministros quosdam aulicos semper & indistincte: quos-dam verò in subsidium tantum, nempe quando officiales hæ-reditarii Imperii Curiaz non intersunt: De his qui semper & indistincte honoraria ista percipiunt, meritò primò locô agitur. Si-quidem illi manum negotio immediate adhibent vel dirigen-do vel expediendo. Dirigunt negotium Aulæ Magister & Cancellarius. Aule Magister, hodiè der Oberste Hof-Meister/ uti Descriptor Aule Cesareæ docet, cuius alias nec Webnerus nec Besoldus, nec Speidelius meminit, olim dictus fuisse videtur *Magister officiorum*, seu *Sacri Palatii.* l. 2. & t. t. C. d. offic. *Magistr. Offic. or. Græci appellabant Sacra Aulæ Ducem & Direc-*

*Direc**torem**.* Tota enim Palatii disciplina quoad mores ad illum pertinebat. (Hodiè alicubi ad *Mareschallos aulicos*, dem *Hof-Marschall.* v. *Geckend.* im *Fürsten-Staat.* L. 3. c. 5. §. 27.) omnesque Scholarum ordines regebat & officia. v. *Jacob. Guther.* Lib. 2. d. *Offic. Domis. Augst.* Galli vocant *Maistre d' Hostelment.* De Cuiis Principum inferiorum, *Limn. in Notit.* *Regn. Gall.* L. 2. c. 15. lit. bb. *Mornac. ad Tit. C. d. Magistr. Offic.* Huic E. cum hodiè comparetur *Magister Curie*, uti *Wes.* notat. ad d. t. C. in fin. sequitur, illum omnia ista negotia diligere & dispensare, adeoque honoraria distribuere debere, uti pluribus demonstrat. *Limn. d. l.* Alter officialis dirigens & quidem secundum locum obtinens, (*vid. Chassanum & alios*) est *Cancellarius*, qui hodiè ob causas suprà dictas, titulum Imperii Vice *Cancellarii* gerit. Quemadmodum & in aliis regnis officium hoc supremis annumeratur. v. *iterum Lynn. Notit. Regn. Gall. d. L. 2. C. c. 15. l. d.* itemque Kirchmann. *Lib. 1. de offic. & Dignit. Cancell. c. 2. Holtomann in Lex.* v. *Cancell.* & hi quidem, nempe *Magister Aulæ & Cancellarius negotia talia dirigunt*: expediunt autem & exequuntur *Magistri, Notariorum Dictatores & Sigillatores.* *Magistri* inquam, sic enim re*ctius* Latina Constitutio quam Germanica versio habet, singularem numerum substituens. Quemadmodum enim olim plures erant in *Cancellariis* Imperatorum Magistri, nempe (1.) *memorie*, qui omnes annotationes dictere & emittere solebat. (2.) *exemplorum*: qui Legationes Civitatum, itemque consultationes & preces tractabat, ac denique (3.) *libellorum*: qui cognitiones exercebat. v. *Guther. d. Offic. Dom. Aug. lib. 3. c. 3.* Ita etiam tempore *Caroli IV.* non unus, sed plures *Magistri* in *Cancellarij* adhibebantur. Ceterum quemadmodum tempore *Maximiliani I.* plerumque officia typum mutarunt; uti observavit Kirchn. *Lib. 4. d. offic. & dignitat. Cancell. c. 2. n. 37.* ita & in *Magistrorum illorum locum successisse* videntur die *Reichs Secretarlii*, ubi nimirum negotia tractat *Secretarius der Geheime Reichs oder Staats-Secretarius*, alter publica &

judicialia, der Reichs Hef. Roths Secretarius. A quibus adeo differunt, quos hodiè Scribas, (Canzellisten) vocant. Licet enim Notariorum olim magna alicubi fuerit dignitas, ita ut & Cancellarii hòc nomine denotarentur, v. Kirchn. d. l. i. c. 2. n. 77. Erant tamen alii etiam inferiores, v. Guther. d. off. dom. Aug. c. 9. p. 428. de quibus Carolus hic intelligendus est. Dictatores autem quinam olim fuerint, exponit iterum Gutherius, d. L. c. 3. p. 428. nempe qui in Cancellis istis Responsa dictabant Exceptoribus. Verùm tales hic non potuerunt intelligi, cum officium concipiendi Responsa ad Magistros petiūs pertinere videatur, quam ad inferiores istos & ipsos suppositos, Notarios. Itaque per Dictatorem hic intelligemus, non eum qui responsa ipse concepit & sic dictat. (Der sie selbsten dichtet!) hoc enim erat Magistrorum libellorum & hodiè est Secretariorum: Sed qui concepta jam à Magistro responsa scriptis seu Notariis non ex memoria, sed ex præscripto, dictat, welcher die Briefe oder die Schreiben also dictirti daß ihrer viele ein Ding auf einmal excipit und abschreiben können: Unde vocabulum Dictature, & phrasis etwos zur Dictatur übergeben. Itaque in Germanicâ versione non Brief, Verfassere, sed Brief, Dichtere, prout & in exemplari Moguntini legitur. Sigillator denique est, non ille, quem Galli Custodem sigilli vocant, sed quem cere calefactorem vocitant. (I' eschauffe circ.) Limn. Obs. 16. Horum ministrorum declaratur jam & primum & functio officii sui. Primum est, quod priorestium marcarum, quoad sigillatorem unus fert, seu ut in Germanico habetur, in Bierdung, quod vocabulum relius, non explicabitur, quam si ejus statim Scriptores consulueris, e quibus refert Tizemannus in seinem Münz-Spiegel Lib. 4. c. 13. sub rubr. Wie die Marche getheilet werden, die March, inquit, werden gescheitelt, in halbe March und Bierdungen, welches ein vierter Theil einer jeglichen March ist, zu Latein ferto oder fertores genannt, und also ist eines jeglichen Marchs Bierdung vier Lethe. Id vero quis dicat primum nimis tenue videri, intuitu horum officiium,

lum, in quos illud distribuendum sit. Sed subjicit Imperator illico respositionem per anticipationem sive occupationem, dicens: nec Cancellarium nec ejus Parastatas ad aliud teneri officium, quam uti Principi recipienti Feudum testimonialem dent recepti Feudi seu simplicis investituræ literam (quibus verbis innui videtur vel instrumentum investitūræ breve testatum, per verba illa textūs Germ. *Zur Gezeugniß* daß er die Lehen empfangen hat. *1. Feud.* *2. f. 1.* & quos alias textūs citat Anton. *Diss. F. 8. tb. 9. lit. E.* quasi dicas, einen füßen oder kleinen Schein des ertheilten Lehns/ per verba autem simplicis investiture literam, intelligerem einen neuen Lehns-Preiss/ i. e. facta renovationis instrumentum; nisi malis intelligere testimonium Feudi, post abusivum investituras realiter traditis, quorum collimant verba versionis German. eine schlechte Einschzung. *diss. Anton. Diss. 5. tb. 5. lit. f.* Ut adeo Carolus IV. sic colligere & concludere videatur: Sufficit mercem congruere labori, atqui labor non est magnus, E. præmium istud etiam sufficit; non minus enim olim quam hodiè frequenter de nimis ex actionibus queritur. Aniarum personarunt. Et hi quidem Officiales in primis, semper & indistincte honoraria ista ferunt; Siquidem ipsi aut præcipuas partes aut præcipuum labore in hoc negotio perficiendo ob:unr. Ceteri vero officiales (vers. item dabit. Sc.) tam proximè huic labori non accedunt, sed Curia tantum exornandæ; uti sunt officiales tum hereditarii, tum aulici. Ex illis est (1.) *Pincerna*, seu Vicarius Regis Bohemicæ, der Erbschend/ qui Cæsari vel Regi poculum & potum præbet, cui adeo Magister Cutiz de sexaginta tribus illis marcis assignatus tradere jubetur, marcas. 10. (2.) *Est Magister coquine*, ut tum vocabatur, sive *Dapifer*, Vicarius quondam Palatini, nunc v. *Bavari*, der Erb-Küchen-Meister/ qui hodiè Truchsess appellatur. v. Limn, ad Tit. 27. §. 6. obs. 8. ¶ 9. cui itidem 10. marcas debentur. (3.) *Vice Marschallus* (sc. Vices Electoris Saxonici gerens, der Erb-Marschall von Pappenheim. v. *Carpz.* d. L. *Regia c. 10. sec. 6. n. 21. seqq.*

cui totidem marcas debentur. (4.) *Camerarius* nempe, Vicarius Electoris Brandenburgici, suprad. tit. 27. §. 4. olim *Galkenstein*/ hodie *Hohenzollern* v. Limn. b. Obs. 15. cuius officium etiam est, *Caesarem* soleumiter processum vestimentis Majestate ornantibus. v. *Hortled.* *Ven. U. Sachen Deutschen Krieges.* vol. 2. L. 3. c. 85. n. 2. Qui itidem 10. marcas obtinere debet. Accensetur his hodie subfficialis Electoris *Palatini* tanquam *Archibesaurarius Comes de Singendorff v. Limn.* b. Obs. 19. unde expensæ hodie auctiores sunt. Et hac quidem munera ferunt *Officiales hereditarii*, die *Erb-Alemter* si in Curiâ præsentes fuerint. & officia sua obierint; absentis autem locum & laborem sustinebit *Officialis aulicus*, ad eoque & præmium ejus reportabit. juxt. l. ult. §. 3. E. d. feriis. l. pen. O. d. susceptor.

§. 4. Hactenus dicta concernunt frequentiorem investigandi modum, quod Principis instauratio denominacionem suscipit. Subjicitur nunc modus infrequentior, quod scil. Princeps aliquis ex causâ, majore pompâ sub dio investituram suscipit & equo vel mulo invehitur, prout in investiturâ *Mauritii Saxonis* accidit: vid. *Hortled.* c. 81. Tum vero in rei memoriam cedit *Archi-Marschallio Saxoniae* tanquam supremo equitum Praefecto, & Stabuli Regii seu Magistro equis seu bestia, cujuscunque ea generis sit, cui insidet, uti *Ceteri Electores* nihil de muneribus illis reportent: Quod si vero is absens sit, tunc & equis Vicario cedit, vel eō quoque deficiente *Marschallo*, qui tamen hodiē ab omnibus Principibus, et si absque equo investiantur preium equi solet exigere, uti ex seq. descriptione patet. Wegen Belohnung über des Herzegthums N. ist taxa nihil, und allein nachfolgendes den Kaiserl. Hof-Alemtern abzustatten/ und ins Reichs-Hof-Canheley Tax-Amt zuerlegen. (1.) Ihe Excell. dem Herrn Obristl. Hofmeister. 60. Goldgulden. (2.) Dem Herrn Obristen Cammerer/ 60. Goldgulden. (3.) Dem Herrn Reichs Vice-Camkler/ 60. Geldgulden. (4.) Dem Herrn Obristl. Hof-Marschall/ 60. Eidem. (5.) Vor das Pferdi

Pferd / 60. (6.) Dem Obersten Küchenmeister 60. (7.) Dem Mundschenck. 60. (8.) Den Geheimen Reichs-Secretarien 24. Goldgulden. (9.) Dem Reichs Taxatori, 10. Goldgulden. (10.) Dem Reichs Registratori, auch 10. Goldgulden. (11.) Den gesamten Reichs-Canzellisten/ 15. Goldgulden. Summa / 539. Goldgulden, und in Münze 1078. Vor die Capitul 3. Gulden/ zusammen 1081. Gulden. Ceterum expensis ex solutis, alii quoque ministri solent præmia exigere, de quibus in *Aurea Bullâ* nihil, interim Statuſ ſæpe de eorum enormitate queſti ſunt. Ita autem habent & concernunt, (1.) Die Cammer-Trabanten/ 4. thlr. (2.) Die Saal-Trabanten/ 8. thlr. (3.) Die Hofschiere/ 8. thlr. (4.) Die Saal-Thürhüter/ 6. thlr. (5.) Den Reichs-Herold. 6. thlr. (6.) Den Käyserl. Hof-Jurier. 8. thlr. (7.) Den Thorsleher. 4. thlr. (8.) Die Trompeter/ 4. thlr. (9.) Der Cammer-Thürhüter/ 12. thlr. (10.) Die Reit-Laquyen. 5. thlr. (11.) Die Tapizerer. 5. thlr. (12.) Den Cammer-Jurierer. 6. thlr. (13.) Den Cammer-Hiker. 5. thlr. (14.) Den Cammer-Dienet. 12. thlr. (15.) Die in der Reichs-Hofſtadt Canzley-Bediente. 4. thlr. Summa 105. thlr.

Actum est hactenus de Rep. constituendâ Tit. XXX.
in Capite & membris; Nunc etiam amplius edu- De Institu-
cationi liberorum Electoralium prospicitur, quâ cipum Ele-
re scil. imbuendi ſint: & quomodo. torum in
Linguis.

De priori Capite præmittitur & ratio, & ſubjicitur decre-
tum ipsum. Ratio & cauſa impulſiva decreti, hæc affertur,
quod Imperium Romanum ex diuersis nationibus conſtet:
quod (1.) moribus. (2.) vitâ, i. e. vivendi & conuersandi-ra-
tionē ac (3.) lingue idiomate varient; nempe ex Germanis,
Italis & Slavis ſeu Vandaliſ, qui etiamnum in Bohemia, Dal-
matia, Croatia, Lusatia, Marchia, Moravia & Illyria diſperſi
habitant, (ut Limp. bīc Obs. 26. norat, qui tamen Carolum
respectui & affectui ſive amori Regni Bubemus, hic non nihil
tribuis-

tribuisse existimat. Obs. 28. in f.) adeoque & diversis Legibus & diversâ gubernatione reganda veniat, & ex incolumitate atque usu Imperii fore, eos, qui ad Remp. adhibentur populi torum subiectorum linguis erudiri. Atqui Electores ad gubernandam Remp. adhibentur, quippe ideo constituti antiquitûs, ut (1.) essent columnæ & latera Imperii: Germanica versio habet, q̄s des Reichs Säulen und Grundfasse/ qui scil. molem Imperii unâ cum Imperatore sustineant, tanquam columnæ & tueantur latera. (2.) Ut assistant Imperatori, & relevandō necessitates populi, & simul consulendō atque currandō, ut necessitates illæ relevelentur. Aliter Limnæus Obs. 8. qui ex b.l. colligit Electores non tantum adesse Imperatori consilio, sed & in parte administrationis concurrere. Quod denuo inculcat Obs. 29. Id vero isto loco nequaquam dicitur: certè extrâ Capitalationis terminos extendendum non est, quemadmodum nec Elector Saxon. cùm anno 1613. jura Electorum maximè urgeret, & hunc locum adduceret, latius pro gredi ausus est, v. Merian. in illo anno p. 225. Ergo Electores maturè linguarum necessiarum notitiam sibi debent comparare, ut populis subjectis hōc paclō possint consulere.

Sequitur (in versl. Quapropter.) Statutum seu Decretum ipsum, quô exigitur, ut Illustrium Principum, der Durchleuchtigen Fürsten/ vertit Germanica (hodiè termino isto aliter utuntur Electorum secularium:) Nam Ecclesiastici jam antè maturâ ætate prædicti & qualitatibus decentibus ornati à Capitulis seu Collegiis Canonicorum eliguntur (filii vel heredes & successores i.e. nepotes, fratres, patrui & agnati, alii ad quos successio Electoratus proxima pertinet,) cum verosimile sit eosdem germanicum idioma à teneris hauisse, utpote in Germania plerumque natos & educatos, tum verò à septimo etatis anno (quæ etas jam disciplinz capacior est,) addiscant i. Grammaticam, (in Moguntinâ editione perperam legitur Germanicâ,) siquidem de Germanica lingua jam dictum erat, & quidem per remotionem. v. Limn. Obs. 29. ideoque vocem Grammaticz retinuit

nuit etiam Cujacius in suâ editione post Feuda collocatâ & Arumæus & Schütz & Lymneus, &c. Quanquam autem eō verbō plerique omnes intelligent Metonymice ipsam Linguam Latinam, quæ beneficio Grammatices addiscitur. Dan. Otto. c. 13. p. 326. aliquie citati à Lymn. Obs. 19. Ipse tamen Obs. 21. his omnibus contradicit, & per Grammaticam ipsam artem intelligit; in quâ sententia etiam hæret Rümelinus & Mylerus ad b. t. tb. 27. item Carpzovium, qui Cap. X. d. L. Reg. sect. 4. n. 17. locum hunc interpretatur: Electorum filios in Grammaticâ Italica & Slavonice lingue instituendos esse. Sicuti Arumæus ad b. l. tb. ult. Enimverò, quia (1.) verbatextū huic interpretationi reclamant, quæ non ita habent, uti Carpzovius refert, sed ita, Electorum Filii in Grammaticâ, Italica & Slavica linguis, instituantur, quia etiam Lingua Latina longè latius patet quam Italica & Slavica ista, ut commercium totius ferè orbis contineat, absurdum fuisset, hanc Electorum filiis non injungere: ita merito priorum sententiam sic amplectimur, ut per Grammaticam non tantum artem ipsam, sed & objectum artis simul comprehendamus, quomodo ipsi Grammatici vocem hanc interpretantur & inter cœteros Gerhard. Job. Vossi in Libro d. Philolog. C. 2. c. 5. seqq. unde etiam Seneca Epist. Id 95. Grammaticos Latine Lingue custodes appellat.

Denique cum ipsa Capitulationes requirant, das in Schriften und Handlungen des Reichs keine andere Zunge noch Sprache gebraucht werde / denn die Deutsche oder Lateinische Zunge / uti Carpzov. fatetur d. sect. 4. n. 1. seqq. non est putandum Imperatorem tam necessariæ lingue studium prætermittere voluisse: Hac de Linguis. Tempus antem hujus Studii inter pubertatis terminos collocatur, quô memoria maximè viget. v. Limn. Obs. 11. Enimverò est hoc decretum hauriendum non exclusivè, quasi sola linguarum peritia Electorum filios satis capaces tantis rebus agendis effectura sit, sed inclusivè, quod sub harum Linguarum, & in primis Latinæ præcepta possint instillari, quæ omnia in Principis Institutione requiri & Xenophons

(ii.)

phon in Cyropedia & Guevarra aliisque Principum Informatores
planissime ostenderunt.

Hactenus, quas Linguis Electorum filii quoque tempore addiscere debeant ostensum est, nunc (in *vers. bunc autem proficiendi modum.*) *Modus* etiam designatur, nempe in loco vel peregrino vel domesticò per præcepta & exercitatorem. Hisce enim modis quaslibet artes commodissimè addisci, maximè si conjungantur, & Aristoteles & alii Methodici post eum itidem laxe demonstrarunt. Quod autem *Limneus Obs. 34.* tradit, salutaria hæc præcepta hodiè vel planè negligi vel Gallicè linguis saltem impendi, magnò cum Reip. dispendio, ipsi defendendum relinquimus. Ceterum ea quæ de abrogatione *Aureæ Bulle* diximus, vide ad Ottōnem in pag. 442.

F I N I S.



ANT 1318253

